



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,  
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

**Fabri, Honoré**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII**

Disputatio Prima. De integritate confeßionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

# TRACTATUS TERTIUS DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

## DISPUTATIO PRIMA

### De integritate confessionis.

#### QVÆSTIO PRIMA.

*In quo consistat confessionis integritas, & qua causa ab illa excusent?*

**S**uppono ex Tridentino sess. 14. cap. 5. & Canon. 7. quenlibet teneri jure Divino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quæ post diligenter sui discessum nem memoria occurrant. Qui vero, ait concilium, securi faciunt, & scienter aliqua reuident, nol Divina bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Ex quibus omnes Theologitani quam dogmatis defundent, illicitam, & sacrilegam esse confessionem, in qua presentes, absque legitima causa, scienter tacet in confessione peccatum aliquod mortale. Verum cum aliquæ sint iustæ causa excusantes ab integritate confessionis, ad majorem hujus materiae claritatem, dupliam integratatem in Sacramento confessionis, ex communis sententia, distinguere possumus, unam formalem, alteram materialem: Materialis est illa, quæ absoletæ, & simpliciter omnia lethalia, quæ ab ultima confessione commisit, vel in ea oblita, quis confiteritur; formalis vero integritas in eo stat, quod confiteatur omnia mortalia, quæ hinc, & nunc in hac confessione manifestare tenentur; cui non oblat relinqueretur aliqua, aut quæ ob aliquam iustam causam tacere potest. Tenetur igitur ex precepto Divino, confessionem formaliter integrum efficere, non vero materialiter, existente legitima causa excusationis, ut docent omnes Theologi.

2. Jam quæ sit iustæ causa ab integritate confessionis excusantes, passim apud Doctores reperies; & excedens in hac, & sequentibus disputationibus clare percipes: Nunc vero breviter dico ex communis Theologorum sententia plures esse; quarum alia ex parte confessoris, alia ex parte penitentis, alia ex parte proximorum desumendæ sunt. Quoties enim singulis eorum divisi, vel omnibus simul, aliquod damnum grave, sive temporale, sive spirituale timetur, & penitentis nullum habet confitariatum, cui integræ, & sine periculo talis damni confiteatur, tacere poterit peccatum, in quo tale periculum timetur, cum proposito tamen confitendi cessante causa. Ratio omnium est, quia præceptum divinum de integritate confessionis, non obligat cum gravissimo noctumento proprio, vel alieno. Tum quia hoc præceptum sic ab universa Ecclesia fuit semper intellectum; tum quia præceptum divinum naturale charitatis for-

tius, & antiquius est: Ergo si unum cum alio concurrat, & utrumque servari nequeat, servandum est præceptum charitatis, nia alia detur rationabilis causa ab obligatione charitatis excusans, ut agentes de circumstantia manifestativa complices ex professo examinabimus.

3. Ex his inferuntur primo; fœminam probabiliter timentem a confessario sollicitandam in confessione, aut extra illam, occasione confessionis, aut ab illo infamandam, aut futuram confessario gravem occasionem peccandi, si hoc, vel illud peccatum confiteatur, posset tacere in confessione tale peccatum cum proposito alteri confitendi, cum opportunitatem confessoris habuerit. Ita Pater Suarez de Pœnitent. dis. 23. sect. 2. num. 1. Tolerus lib. 3. Sum cap. 3. num. 4. Et Henriquez lib. 2. de Pœnitent. cap. 12. num. 5. Secundo excusat ab integratate materiali confessarius, qui alteri Sacerdoti confitetur, & probabiliter judicat, si ei declararet certum aliquid peccatum, aut circumstantiam, quam per confessionem scivit, statim venturam in nouitiam peccatoris, quem in confessione audiverat, Ratio est, quia major est obligatio sigilli, quam integratatis confessionis. Ita P. Suarez dis. 5. 4. sect. 2. num. 14. Henr. lib. 2. de Pœnit. cap. 12. num. 7. & alii apud ipsos.

4. Tertiò excusat impotensia physica penitentis, ut si, incepta confessione, vocem, aut sensum amittit. Sic Henr. lib. 2. de Pœnit. cap. 12. Victoria in relect. de Pœnitent. §. 15. & plures alii. Quarto excusat necessitas aliquid urgens, ut in procilla, vel prælio, vel tempore pestis; tunc enim sufficeret, quod multos alta voce unum peccatum, quod maluerint, confessores simul absolvat Sacerdos, dicens: Ego vos abservo à peccatis vestris. Ita Medin. Angel. Henr. quez. Coninch. & alii, quos referunt, & sequuntur Diana 2. part. tract. 2. Miscellan. resol. 43. & sequuntur Vasquez, Villalobos, Lugo, & alii, quibus subscrabit Leander hic dis. 5. q. 34.

5. Quinto excusat ab integratitate materiali probabilis timor, quod infirmus, sine absolutione discedat. Tunc enim audito uno peccato, debet confessarius absolvere, ut sic postea de ceteris, quantum infirmitas permisit, ut bene P. Henr. cum aliis supra. Sextio excusat ab integratitate confessionis, qui, occurrente necessitate communicandi, quam non potest omittere absque nota, & scandalo, habet confessionem adeo prolixam, ut perfici non possit, & aliquid de sua contritione prudenter dubitat: quapropter non audet, sola contritione præmissa, communicare. Ita P. Granad. in 3. part. controv. 7. dis. 5. sect. 3. num. 20. Prædictæ causa, & alia similes cuivis facile obvia ab integratitate materiali confessionis excusat. Omnes enim minutum recensere, nimis molestum foret.

Pars II.

X

6. Non

6. Non tamen omittam adnotare singularem opinionem M. Joannis Viguerii in *Sum. cap. 16. §. 4. vers. 17.* afferentis habentem plura lethala, si cauam habeat tacendi aliquid in confessione, posse urgente necessitate, communicare contritum, nullius confessione præmissa. Verum contrarium est certum apud Theologos, quia nil est, quod ab aliorum confessione excusat. Ideoque hanc opinionem prouersus falsam censeo.

7. Ex dictis infero, omnino rejecendum M. Soto in *4. dis. 18. art. 5. §. Occurrit.* afferentem præceptum de integritate materiali confessionis strictius obligare, quam præceptum de sigillo, atque a deo Sacerdotem, non solum posse, sed teneri violare confessionis sigillum, quando necessarium fuerit, ne integrati materiali confessionis deficiat. Verba eius sunt.

\* Occurrit hic dubium nullatenus dissimilandum. Utrum unam confessionem licet revelare in alia? Exempli gratia, Sacerdos accessit ad sacerdotem, non solum posse, sed teneri violare confessionis sigillum, quando necessarium fuerit, ne integrati materiali confessionis deficiat. Verba eius sunt.

\* Debeat confiteri illi circumstantiam incepsus, &c. Profecto res est dubia, & videtur veritas in hanc partem inclinare, quod non debeat illam circumstantiam confiteri, quia strictius est vinculum secreti confessionis, quam integra facienda confessionis. Sic agant Scotus, Paludanus, Adrianus, & alii. Attamen ratio certa non usque adeo convincit, quia nescio, cur sita est usus vinculum servandis sigillum, quam integrè confitendi, quandoquidem obligatio sigilli ex obligatione confessionis emergat, &c. Reversa utraque opinio est probabilis, & fortasse haec probabilius, quod debeat confiteri.

\* Hæc Sotus. Sed miror virum doctum, tam levifundamento, in tam singulararem opinionem delapsum esse, quando tot fuit ad excusandum ab integritate materiali confessionis causa à Theologis omnibus approbatæ, & nulla hæc usque ab illo in casu revelandam confessionem. Et quidem, si aliqua excusare potest ab integritate, cur non & ista? Ego sicut eti nullam excusantem ad litterem, hanc unam exciperem, quia præceptum confessionis ad solam integratam formam obligare, sicutum apud omnes est; sigillum vero confessionis, nec prototius mundi salute, nec pro inferno teto expoliando violari posse, & ex nullo fine honestabile esse, sicut necodium Dei, est apud omnes Theologos inconcussum. Quapropter sententiam Sotius probabilem esse, jure inquit Thomas Hurtado *tom. 2. resol. mor. tract. 6. cap. 11. resol. 27. num. 12.*

8. Omitto, quod licet integritas materialis confessionis sub præcepto omnino indispensabilis caderet, & strictius, quam sigillum obligaret, utrumque in casu M. Sotius observari posset, nempe se accusando de copula cum persona vincibili ter sibi ignota. His enim verbis tota malitia illius actus exprimitur ex se expositus incepsus, sacrilegio, & adulterio. Unde inferes, quod si de solo incepsu sacerore per confessionem noto se accusaret (ut contendit Sotus) inexplicata maneret malitia illius actus, ideoque & sigillum confessionis violaret, & integrati confessionis deficeret; ni forte sola species incepsus in mente venisset, & de hac solu dubia conscientia præcessisset. In hoc autem eventu sufficeret se accusare de copula, ignorantia vincibili, an consanguinitate, vel affinitate in gradu prohibito, esset sibi persona conjuncta, juxta doctrinam Divi

Thomæ, & discipulorum infra tradendam dicitur, *quaest. 3. cap. 2.* quæ omnes gradus incestus ejusmodi speciei, constanter defendit. Cui Sotus ipse in discordit, ut constat ex verbis *ibidem numer. 11.* et rendis.

## QVÆSTIO II.

*An satisfaceret integratæ confessio-  
nis, qui unum individuum physi-  
cum peccati pro alio sub-  
rogaret?*

1. **C**ausa curiosus est, & apud neminem, quæ viderim exigitur. Habuitque verbis pollutionem, vel sordidiam cum puro, iustificat ne confessionis præcepto (et levigatio) confitetur habuisse cum feminis: liquida circumstantia maris, vel foemina in peccato cum naturam, nec mutat speciem secundum qualia, nec notabiliter aggravat, sed quæ grave peccatum est, ut nonnulli existimant. Similiter habuitque cum Maria, iustificat ne, fidicat, habuisse Joannam? Occidit Petrum, iustificat, si confiteretur, disce Joannem? Hoc inquam mendacum est, ne contra præceptum integratæ confessionis, inquit hoc capite nulla, & invalida efficiatur. Hoc ipsi sententia inquirimus.

2. Pro parte affirmante confessionem esse collatum, ac proinde non satisfacere integratæ, quia unum individuum physicum pro alio subrogaret, et argumentissimum argumentum. Quia ex præcepto confessionis, tenetur quilibet confiteri illa numero peccatum quæ commisit, quia autem aliquo ex prædictis modis confiteretur, non explicaret peccatum commissum, sed alius numerus distinctum. Quapropter, si alius materialis absolutionis non adhuc fuerit, facient sacramentum irritum ex defecu matere: ideo unum individuum physicum peccati negat in confessione pro alio subrogari. Ita videntur supponere committere Theolog., qui rem hanc, ut line contoretur, d' sputationem non vocarunt. Ideo obiter Card. de Lugo *dis. 16. de Panit. tract. 2. n. 53.* Si ille, ingenuus occidit Petrum fratrem Confessari, dicit se occidisse alium, nempe Joannem, ne confessarius supponatur, non videtur sufficienter confiteri, quia non confiteretur peccatum, quod fecit, sed alius quod nominavit. \* Quem sequitur Tamurin, in *Methodus pro-  
dita confessionis lib. 2. cap. 10. §. 2. num. 45.* Et Len-  
tia à Sacram. *de Panit. tract. 5. dispat. 5. quaest. 24.*

3. Nihilominus pro contraria sententia illi pro qua, quia ut supra virginem habet annis, cum tractatum de Peccatoria est suggestum discepulis dictum, validæ fundamenta congessit, quapropter videtur etiam in publicis conclusionibus celerrime Academia Complutensi illam amplexata defensionem. Et licet tunc nullo duce hanc sententiam docuerit, postea eam luci datam inveni à P. Artigas *in de-  
nit. tract. 3. dis. 34. numer. 10. & dis. 35. num. 29.* Et novissime illam tueretur Marcus Vidal in *Acta filiorum typis data Venetis, anno 1660. intrat. de Sacra-  
nit. inquis. 7. num. 36.* dicens rationem hujus confi-  
tionis esse claram. Pro qua etiam stare videtur nonnulli recentiores, quos supplex nomine rebet M. Petrus de Ledelina in *Sum. cap. 16. de Panit. dub. 1. post concl. 3.* asserentes, eum, qui decem vien-  
fibus

subripui sicut quantitatem mille aureorum, non teneri explicare numerum auctōnum, sed factō esse, confiteatur, dicens: subripui quantitatem mille aureorum. In hac enim confessione unus auctus physicus, ut exterminis patet, pro decem subrogatur. Faverit etiam ipse M. Petrus de Lede sive ubi supra, qui licet à p̄dictis recentioribus dicitur sedat (& merito) ratione veri, quod eorum sententiam rejicit, nostram confirmat: nimilrum, quia major datur malitia in decem illis auctibus, quam in uno. \* La razón, inquit, es clara; porque un hurto cerca de la misma cantidad, nunca tiene tanta malicia, ni intensiva, ni extensiva, como muchos hurtos multiplicados, acerca de la misma cantidad; y así es necesario decirlo al Confessor, para que juzgue bien. \* Quia etiam ratione unatur contra prefatos recentiores, doctissimus Pater Leander à Sacram. tom. de P̄nit. tract. 5. disp. 8. § 7. quæst. 7. Et Aegidius Coninch de Sacram. disp. 7. de Integritate Confes. dub. 7. num. 61. \* Quia longe gravius, inquit, id decem auctibus fecisti, quam unicō, & hac multum morale iudicium mutant. Ergo secundum hos Doctores, si peccatum gravius non esset, sed in sola pluralitate actionum physicarum esset disserim, latifacere p̄nitenſis subtingit numerum, & unam actionem loco omnium subrogando, dicens: subripui mille aureos. Consequentia videtur legitima, quia non ex hoc capite, sed ex sola gravitate malitia, quia in uno eventu major evadat, modus ille confitendi his Doctotoribus displicuit. Quisideo non incongruē pro nostra sententia voca-  
te possemus.

4. Ratio à priori defensione est ex his, quae docet Suarez tom. 4. in 5. p. disp. 22. seſt 2. num. 2. Ubi sic scribit. \* Cum Concilia, & Patres in hac materia de peccatis loquuntur, formaliter de eis loquuntur, ut peccata sunt, atque adeo, ut ad mores pertinent. \* Uode infert num. 6. Distinctionem physicam actionum non referre ad confessionem, sed moralē. \* Cujus sententiam defendunt communiter Theologi, ut eos laudant testatur M. Texeda tom. 1. lib. 2. tract. 3. controly 10. num. 97. \* Addo, inquit, cum So-  
to, Cajetano, & Ludov. Lopez, & communiter non esse necessariō confitendam diversitatem physicam peccatorum, sed solum moralem. \* Itaque duplex in quolibet peccato consideratio fieri potest, alia in esse physico, quia ad confessionem non referri, alia in esse moris, seu in ratione malitiae, & haec est, quia ad confessionem pertinet: ac proinde quando diversa est malitia contracta, ab ea, quam quis confitetur, non satisfacit integratō confessionis; dicitur autem diversa, non ex eo quod actio physica, cui inest, distin-  
cta sit, sed ex eo quod maior, vel minor inest malitia, quia sicut, quae ex majori, vel minori quantitate ob-  
jeti, vel ex majori, vel minori duratio neactus, & si-  
milibus: hac enim est, quæ distincta peccata consti-  
nit, & quæ confusa latenter in confessione dici debet; & de hac differentia individuali in esse moris lo-  
quuntur Concilia, Patres, & Theologi, quando u-  
nusquaque obligant confiteri idem peccatum, quod commisit, ut constat ex dictis.

5. Ex quibus sic argumentum conficio. In casibus supra enumeratis, licet auctiūm physicūm pecca-  
ti, quod p̄nitenſis confiteretur, si physice diversum ab illo, quod commisit, non tamē est diversum numero in esse moris, quia non differt moraliter in ordine ad malitiam, nec iudicium humanum variat. Quod enim occidit Petrum, vel Joannem, vel quod cum Maria, vel Joanna rem habuerit, eadem est malitia in esse moris, sicut, & quod quantitas subrepta sit à

Petro, vel à Joanne, aut quod argentum, vel aurum fuerit. Hæc enim tantum est circumstantia perti-  
nens ad esse physicū auctūs, quæ proinde p̄fisicē  
tantum potest individuum peccati variare, non ve-  
rō moraliter, cum neque augeat, neque minuat eius  
malitiam. Ergo in esse moris idem peccatum sem-  
per subjicitur, sive unum, sive aliud objectum phy-  
sicū habuerit, sive unum, sive alteram actionem  
physicam exprimat, ergo cum peccatum sit totum  
quoddam morale, & obligatio tantum sit confitendi  
idem individuum moraliter, non idem physicē, ve-  
rē satisfacit p̄cepto confessionis, qui unum in-  
dividuum physicum pro alio in confessione subjiciat:  
in qua ad summum leve mendacium solum  
modo interveniet, non aliundē æquivocatione, aut re-  
strictione viretur, juxta diversas opiniones alibi ex-  
minandas.

6. Confirmatur primō. Nam quoties duplex spe-  
cies physicae peccati est una, & eadem in esse moris,  
non est obligatio explicandi species physicas in con-  
fessione, nec distinguendi unam ab alia, ut de pecca-  
to bestialitatis, docet cum Cajetano, Diana i. part.  
tract. 7. resol. 2. Quod adeo certum est, inquit Sua-  
rez supra, ut nulla ratio dubitandi circa rem hanc ap-  
pareat. \* Quia confessor non debet ferte iudicium  
de speciebus entis, seu naturæ, sed de moribus.  
\* Quam esse communem doctrinam, inquit Coninch  
de integrit. confes. disp. 7. num. 2. num. 8. Unde qui cum  
peccasset communiter, se accularet de peccato contra  
naturam cum equa, confessionis p̄cepto, et si levī  
mendacio interjecto, absque dubio sat sfaceret: quia  
licet actus diversam speciem physicam haberet, ta-  
men in esse moris una, & eadem est species, & hanc  
p̄nitenſis confessus est, de qua sola debet fere confessio  
nem, non de speciebus entis, seu naturæ. Atqui de individuali in esse physico, non magis debet  
ferre iudicium, quam de speciebus, ergo licet non  
est contra integritatem confessionis unam speciem  
physicam pro alia subrogare, ita neque unum individuum  
physicum pro alio.

7. Urgeo, non est major obligatio confitendi idem  
individuali peccati, quam eandem speciem, sed  
quando species solum differunt in esse physico, &  
sunt eadem in esse moris, non est contra integritatem  
confessionis unam pro alia in confessione sub-  
rogare; ergo neque quando individualia solum dif-  
ferrunt in esse physico, & sunt idem in esse moris.  
Confirmatur secundo. Subrogata una species physi-  
ca pro alia, satisfit p̄cepto integratōis, ut tradunt  
communiter DD. sed quoties hæc subrogatio sit,  
sufficit à fortiori unum individuum physicum pro alio:  
quia individualia diversæ speciei physicae non  
possunt non individualiter physicē distingui, sicut  
individualia hominis, ab individuali equi. Ergo si  
una species physica potest pro alia subrogari, etiam  
poterit unum individuum physicum pro alio.

8. Secundo probatur hæc sententia ab inducione,  
pluribus illustrata exemplis, quibus, licet ad  
alia utantur Doctores, nostram, velint, nolint, sen-  
tentiam incidenter tuerintur. Primum de promō ex  
communi sententia apud Lugo sup. tom. de P̄nit. disp.  
16. seſt. 2. afferente, eum, qui peccatum luxuriae  
confessus, oblitus est circumstantiæ voti, satisfac-  
te p̄cepto, si in alia confessione se acuset de viola-  
tione voti in re gravi, non explicato iterum peccato  
luxuriae, quod jam confessus fuerat. Ex qua doctri-  
nia sic arguo. Diversus in esse physico est unicus vo-  
luntatis auctus terminatus ad luxuriam contra votum,  
à duplicitate, quorum alter ad luxuriam, alter ad vio-  
lato-

lationem voti terminetur, & tamen in communi sententia in subrogatione duplicit actus pro uno, ut in casu adducto contingit, non sit contra integratatem confessionis, ergo neque in subrogatione unius pro alio physicè distincto.

9. Urgetur ex doctrina P. Suarez *disp. 22. de Poenit.* *Set. 2. num. 9.* afferentis, adhuc in eadem confessione, posse poenitentem à consilio, eundem actum physicum, ut duos realiter distinctos subjicere, dicendo, verb. grat. *Commisi semel fornicationem, & post aliqua, violavi semel votum in re gravi.* Quod cum Angelo, & Navarro defendit: nam cum duas illas malitia explicari possint, non explicando connectionem earum in eodem actu. \* Satis, inquit, erit illas dicere per modum plurium peccatorum. \* Cui consentit Thom. Sanchez in *Sum. lib. 4. cap. 11. num. 24.* dicens: \* Si votum fuit non fornicandi, aut non furandi, optima esset confessio dicendo: *Toties admissi fornicationem, vel fursum, & toties fregiuramentum, vel votum rei gravis: quia quando malitia peccati, & circumstantiae sunt separatae, possunt seorsim, tanquam diversa peccata in confessione exprimi, ut bene ait Henriquez.* \* Quibus accessit Tancredi in *quest. disp. 6. de Poenit. quest. 22. & Caram.* in *Theologia Fundam. fundam. 35. cap. 4. num. 357. fol. mibi 233.* Qui citato doctis, F. Angelo Manrique primario olim Salmantino, & postea Episcopo Pacensi, afferit eidem principio innixus, eum, qui commisit adulterium, satisfacere, si confiteatur: \* *Commisi simplicem fornicationem: & post alia interjecta peccata addens: intuli cuiuspiam gravem injuriam, tertia quadam persona cooperante, cui satisfaciam, si potero.* \* Ex quibus sic argumentum instauro. Peccatum contra votum idem numero est in esse physico cum peccato contra castitatem, sed in prefato modo confitendi, significatur fuisse numero distinctum, cum exprimatur actio interna, & externa contra votum, ut distincta numero ab actione interna, & externa contra castitatem, ergo in ista confessione, pro uno individuo physico peccati, duplex subrogatur; & tamen non sit contra integratatem confessionis, ut omnes citati afferunt. Ergo. Consequentia est apertissima, idèque, ut illam vitaret Tamburini, negavit antecedens, in *Method. exp. confes. lib. 2. cap. 1. §. 13. num. 83.*

10. Urgeo 2: Exemplo alio, quod expressum est apud Card. de Lugo *supr. disp. 16. citata, set. 16. num. 660.* Ponamus hominem unico voluntatis actu intendisse duos homines occidere: hic inquam, juxta ipsius, & communem opinionem nuper relatam, potest se prius accusare, dicens: intendi occidere unum hominem: & post alia interjecta addere: me etiam accuso de intentione occidendi alterum hominem: sed in isto casu, ut patet, ipso modo confitendi significat, habuisse duos voluntatis actus, (neque enim alio modo posset confiteri si duos habuisset) ergo pro uno individuo physico peccati duplex realiter subrogavit. Ergo unum pro alio subrogare non est contra integratatem confessionis.

11. De exemplo autem alio de adulterio adducto à Caramuelo, non enro, quia censio cum Sanchez, & alii ultra duas malitias contra castitatem, & contra iustitiam, dari aliam in adulterio contra statum matrimonii, & fidem illi debitam ob bonum commune: alia enim consentiente marito, sola maneret malitia simplicis fornicationis, quia scienti, & volenti non sit injuria: quod dicere nemo audebit. Ac proinde non faceret satis integratam confessionis, le accusando de simplici fornicatione, & postea de

injuria gravi, tercia persona interveniente, cuius illata: quia haec est circunstantia scandali, & relata adhuc in explicata alia species contra fidem debet matrimonio, quæ adulterio non explicata, subiecta confessionis non potest.

12. Tertio probatur à posteriori nostra sententia: nam ex opposito sequeretur, debere iterari confessionem, quoties poenitentex oblivivere, aut inadvertentia, aut etiam à consilio, judicata parvam rem facere, unum individuum physicum pro alio subrogasset: ac proinde iterandam in cibis frequentibus. Primi, si quis furatus fuisset à Petro centum aureos, & in confessione dixisset, subpuisset à Paulo. Secundi, si cum fuisset agenorum, dixisset aurum. Tertiò, si commisisset delictum cum mula, & dixisset cum equa. Quarto, si cum perculisset hominem sinistra, dixisset cuncta, vel cum occidisset gladio, dixisset globulo: & in similibus, quæ risum movent. Quod avem teneretur iterare confessionem, si contra opinio esset tenenda; patet, quia non confessus est peccatum, quod fecit, sed aliud in esse physico diversum, quia diversa actio physica est, que ad diversa objecta, & quia cum diverso instrumento fit, ut a exemplo positis contingit, ac proinde cum peccato, recta commissa, non fuissent clavis subiecta, revertetur iterum confiteri. Quam quidem obligacionem nemo, ni fallor, quantumviscripulosis, patitur imponere somniant.

13. Denique, quod haec sententia sit prorsus nenda, mihi suadeo: quia licet sic inter Philosophos opinio afferens actus individuari à circumstantia temporis, in quo sunt; nihilominus si quis multo peccasset, & in confessione dicaret peccata eis, nemo eum obligaret ad iterandam confessionem illius peccati, explicando non manu, sed vel per fuisse commissum. Nec mihi suadere possum Cardinale de Lugo aliter in praxi censurum, quamvis defecit actiones, à tempore individuari. Et tamen enim est, iuxta hanc opinionem, unum individuum physicum peccati pro alio subrogari. Ergo si modis subrogatio non est contra integratam confessionem, & cum aliis mendacium, quod intervenit, levata, & substantia praecepti non opponatur, non facit sacramentum irritum.

14. Hæc sunt fundamenta, quæ jam diu hanc sententiam mihi probabiliori reddiderunt, ex quinque contra mores deduci posse credo, sed potius nego aliquando fore utilitatis, ut penitentes individuum physicum peccati occultari posse agnoscentes, confessione non retrahantur, nec invalidam, subiuncto aliquod peccatum, efficiant. Caveant vero, ne illa abutantur. Nam quoties major malitia datur in uno individuo, quam in alio, cum jam sit moralis diffitatio, non potest unum individuum physicum pro alio subrogari. Ut si furatus est centum, non satisfaciet dicens quinquaginta, & sic de aliis.

\*\*\*

QUA

QVÆSTIO III.

Urim peccata sic debeant in confes-  
sione explicari, ut confessarius per-  
cipiat post ultimam confessio-  
nem fuisse commissa?

1. **C**ausa frequens, & curiosus est. Vult paenitens, quod confessarius non intelligat certum quod-dam peccatum post ultimam confessionem fuisse commissum; poterit ne ita illud explicare, ut confessarius id non percipiat, sed potius sibi suadeat, fuisse jam ab illo in altera confessione absolutum? Hoc in presenti inquirimus.

## §. PRIMUS.

*Negatiuæ sententiæ Authores, & fun-  
damenta.*

2. Prima sententia tenet, pœnitentem non habere obligationem ita explicandi suum peccatum, ut confessarius percipiat, fuisse post ultiman confessionem commissum, seu non fuisse in alia ab illo absolutum, sed tantum ad integrum confitendum modo, quo omnem peccati malitiam specifican manefestet, eti confessarius decipiatur, censens in alia confessione, fuisse ab illo absolutum; sic docent B. nac. disput. 5. de sacram. quæst. 5. fœt. 2. punto 2. § 3. diffic. 4. num., Diana 3 p. tract. 4. refol. 162. & 4. p. tract. 3. refol. 65. & apud ilium Buffenbaum, Longus, Palquigius, Martinus de S. Joseph, P. Amicus & ali, quos citatos sequitur p. 1. tr. 6. Msc. refol. 22. & mentur R. P. Chritophorus DeLagadillo tom. de Pœnit. cap. 17. dub. 42. Ver. celi: tom. 1. tract. 5. quæst. 5. num. 20. Homobonus in consultis casuum, volum. 2. p. 53. resp. 132. Leander trad. 5. de Pœnit. disput. 5. quæst. 23. Card. de Lugo disput. 16. fœt. 2. num. 47. Tamb. in Method. expedita conf. lib. 2. cap. 1. D. Castillo tom. de Pœnit. disput. 9. dub. 2. § 6. à num. 144. & dub. 7. num. 294. & ali. Canticum etiam ab his auctoribus pro hac parte, Pater Thom. Sanchez in Sum. lib. i. cap. 10. no. 71. Pater Suarez disput. 22. de Pœnit. fœt. 9. & P. Coninch disput. 17. dub. 8.

num. 69. Sed immemento, ut constabat ex nostra dicendis. 3. Fundamentum omnium est, quia peccatum idem est, sive ante fuerit clavibus subiectum, sive non, nec diversa malitia explicatur declarando non fuisse ante confessum: circumstantia enim temporis praesertim sumpta non addit novam malitiam; ergo non est obligatio illam explicandi. Unde sumitur pro hac sententia *efficas* argumentum. Nemo tenetur in confessione explicare circumstantias, quæ speciem peccati non mutant, ut postea dicemus, sed peccatum fuisse commissum post ultimam confessionem, non est circumstantia, quæ mutet speciem (supponimus enim prohidentem non variasse statum, sed explicare omnem malitiam, quam peccatum haber) ergo nemo tenetur explicare illam circumstantiam. Imò licet esset obligatio manifestandi circumstantiam aggravantem notabiliter tandem speciem. \* Nemo, inquit Lugo, teneretur illam explicare. \* Quia hæc circumstantia non habet ex parte peccati, sed ex parte prohidentis, ac proindecum malitiam non aggraverat, & consequenter,

extacita, explicatur peccatum secundum omnes circumstantias aggravantes. Cui consentit Verricelli ubi supra num. 20, citato.

4. Quod autem pénitens ex modo confitendi videatur implicitè indicate peccata illa fuisse jam iterum clavibus subjecta, & judicata, parum refert ( ait Lugo ) nam pénitens verè habet animum loquendi de peccatis novis, & de illis loquitur, licet desideret, quod confessarius intelligat esse peccata antiqua jam iterum absoluta: intentio autem absolvendi non regulatur ex ista mātione privata confessarii; ipse enim absolvore intendit à peccatis, quae pénitens detulit ad judicium, quacumque illa sint. Confirmat Lugo hoc exemplo: Si quis afferet infantem baptizandum, dicens esse filium suum, cum talis non sit, sed supponat unum pro alio, adhuc infans esse baptizatus, quia Minister intendit baptizare, non eum, quem putat esse, sed eum, quem presentem habet, qui tamen que ille sit, ergo à simili in nocte cafū.

5. I<sup>m</sup>ò non solum non obstat confessioni, quod confessarius judicet peccata illa fuisse jam in alia confessione judicata, sed idem tenendum videtur, licet penitens per mendacium ita expresse affirmaret. Ut suader exemplum adductum pueri baptizandi; quia illud mendacium est circumstantia valde extrinseca, & non facit, quod penitens non explicet in confessione idemque peccatum, quod fecit: nec quod ab illo non absolvatur, licet confessarius decipiat, existimans non esse distinctum ab alio in praecedenti confessione exposito. In hanc sententiam manifeste inclinat Cardin. de Lugo ubi supra num. 52. quamvis afferat non posse dici peccatum esse commissum anno praeterito, in opinione constitutae durationem actus indistinctam ab ipso actu temporis determinato affixo, quam ipse tenet contra communem Philosophorum; verum poterit dici in opposita, & communis, ut aperte colligitur ex dictis. Igitur ex eo quod per mendacium dicat penitens peccatum in hoc anno commissum, fuisse commissum in praeterito, non definit contra idem peccatum, quod fecit. Praeter quam quod etiam in opinione Cardin. de Lugo poterit dicere esse peccatum vita praeterita, nullum determinando tempus, quantumvis confessarius decipiat, existimans fuisse jam in alia confessione absolutum: quia hoc non opponitur cum doctrina, quam circa daturae actiones aeternas tenet ipse Lugo.

6. Imò forte etiam à confessario interrogatus posset pénitens, sine mendacio (cum restrictione aliqua mentali) dicere, peccatum illud fuisse jam in alia confessione subjectum clavibus, id est, virtutaliter, in ordine ad notitiam, quam de hoc peccato illi præbere debet: juxta doctrinam Joannis Sanchez in *Selectis*, dist. 9 per totam, ubi ait, habentem consuetudinem peccandi, posse interrogatum à confessario respondere a quo vocatione, se non habere talen consuetudinem; nam postulo, inquit, vero proposito emendationis, habet pénitens ius ad absolutionem; ut autem confessarius suo officio fungatur recte, nihil conductus sit, habeat ne pénitens consuetudinem, vel non habeat: ergo eodem modo in nostro casu posset al quis dicere, pénitentem interrogatum à confessario posse cum equivocatione respondere, jam fuisse peccatum illud clavibus subjectum, & absolutionem, nam ut confessarius suo munere fungatur, nihil conductus sit, an peccatum fuerit post ultimam confessionem consummum, an non: Cum pénitens sit alias recte dispositus,

ut supponimus, & omnem specificam peccati malitiam in confessione manifestet.

7. Denique potest suaderi hæc sententia, quia si propter aliquam rationem teneretur poenitentiam manifestare, peccatum non fuisset *antea confessionem*, seu non indicare, jam esse *absolutum*, cum verè non sit; maxime ut confessarius posset imponere poenitentiam, magis vel minus gravem, pro majori, vel minori gravitate peccati: quando enim sibi suadet fuisse jam in *alia confessione* *judicatum*, parum de poenitentia curat, cum supponat, à se, vel ab *altis confessariis* fuisse jam in *alia confessione* sufficientem adhibitam. Hæc tamen ratio, quæ urgenter videtur, parum habet ponderis, tum quia plures Doctores post Trident. docent, non esse obligationem acceptandi poenitentiam, inter quos Navarr. & alii, quorum sententiam putant probabilem Sotus, Joann. de la Cruz, Villalobos, Faber, Vega, & alii, & non improbat Diana 2. p. tract. 1. *Mis-  
tel. resol. 52. & 5. p. tract. 4. resol. 51.* Tum quia poenitentis, licet de obligatione acceptet poenitentiam (ut ego certum existimo) poterit ipse levem à confessario injunctam in *aliam* evidenter meliorem commutare, juxta sententiam, quam cum Portel, & Villalobos tenet Diana 3. part. tract. 4. resol. 53.

8. Omitto poenitentem non teneri *ea omnia* in confessione explicata, quæ si confessarius sciret, graviores poenitentias imponeret, al. & teneretur declarare circumstantias notabiliter aggravantes, v.g. An peccatum nimio affectu fuerit *commisum*, an multo tempore *continuatum*, & alia hujusmodi, quæ ve-  
rior, & communior sententia negat, ut videbimus infra. Ergo ex hoc cap. nihil contra hanc opinionem potest concludi, si ergo poenitentis confiteatur omni malitiam peccati à se *commisum*, confessarius habenti *jurisdictionem*, nec sit in proxima occasione peccandi, quam sub mortalitate tenetur, deinde habeat verum dolorem, & propositum non peccandi, non videtur præceptio confessionis teneri ad ita manifestanda peccata, ut confessarius percipiat *fusile* post ultimam confessionem *commisum*. Sed posse falsoe verbis *æquivocis* indicare jam iterum clavibus subjecta, & *judicata fusile*, licet verè non fuerint, & confessarius decipiat.

## §. II.

### Contraria, & vera sententia.

9. **S**ecunda sententia, quæ ut indubitate supponitur à Doctribus, oppositum assertit. Quam adeo veram putat P. Luisius Turrianus in *Opus. Theolog. censura 4. dub. 7.* ut dicat oppositum non esse probabilem, nec tutam in *praxi*, sed potius perniciosa bonis moribus. Et licet hunc authorem excusisse in censura sine fundamento, dicat Lugo supra, & ego de illius censuris non esse multum curandum existimem; quia nimius in hoc munere solet esse, eius tamen sententiam veram existimo cum Castro Palao tom. 4. tr. 23. punct. 10. num. 7. & 8. ubi sic. \* *Graves Doctores* affirmare videntur *integritati confessionis* non obesse, quod indices peccatum mortale quondam *fusile* *commisum*, & jam ab eo esse *absolutum*, cum tamen nec longè ab ea confessione *commisum* fuerit, nec alia vice fuerit *absolutum*, &c. Cæterum prædicta sententia acquiescere nonquam potuit. \* Neque ego potero: adeo enim ingentia absurdia in morali Theologia ex ea evidenter in-

ferri video, ut illi adhuc non audem, ne-  
haustu ea devorare cogar. Optarem fane illius-  
trones consulere, quia rationes allatæ vehementer  
movent, & absurdia afferenda vehementius terret.

10. Primum absurdum, juxta illatæ opiniones est, non solum posse poenitentem dicere confessio-  
rio, se velle confessionem generalem facere, & sic  
prætextu inter alia peccata jam confessæ, nova qua-  
dam post ultimam confessionem *commisum*, immo-  
cere, non distinguendo, fuerit nec in *alia confes-  
sione* *judicata*, quod exp̄s̄e admittunt. Docto-  
res citati, & fundamentis allatis probant; sed ul-  
tra sequitur, posse poenitentem singulis hebdoma-  
dis graviter peccantem in materia castitatis, vel  
grat. se accusare de *venialibus*, & *imperfectionibus*, & confessionem concludere dicendo: me-  
iam accuso de mendacis, & juramentis vita prae-  
rita, & præcipue de una, vel pluribus pollutionibus,  
seu fornicationibus, quas jam religiosus, vel  
conjugatus habui? Quis autem audebit dicere  
hanc confessionem sufficientem adimpleri præ-  
dictum confitendi *lethalis*, in quæ frequenter pati-  
tis supra jactis hoc sequatur, vide ut mibi hinc  
ridiana clarius: *recole quoſo fundam̄tis, & ap-  
plica: nimur quia peccatum idem est, irreple-  
etur ita, ut confessarius percipiat esse de novo con-  
missum, sive non, solum enim faciet hoc circumstantia  
temporis, quæ non tribuit novam malitiam, ne  
mutat speciem peccati: imò nec notabiliter ega-  
rat, ut inquit Lugo. Quod autem poenitentem  
confitendi indicet implicet, illud peccatum idem  
est, quod in præcedenti confessione *judicatum*  
fuerat, nil refert, juxta adversarios, nam ipsi  
habent animum loquendi de peccato novo, & de-  
finiſto ab alio, licet desideret, ut confessarius non  
intelligat. Deinde confessarius intendit absolu-  
tæ peccatis ad *judicium delatis*, quæcumque sibi sunt.  
Ergo, &c. Si autem dicas illo contendi modo  
non tantum implícet, sed explicite significare pos-  
sata illa jam esse in *alia confessione* *judicata*, nullum  
terrest, ut supra vidimus, quia mendacium non possit  
explicari integrè malitiam peccati, & idem in illa  
moris peccatum *commisum*. Ergo ex illa opinione  
manifeste sequitur per hanc confessionem suffi-  
cientem declarari peccatum, non teneri poenitentem  
ter illud exponere.*

11. Secundum absurdum est, *relaxationem* peccatorum, qua utitur Ecclesia, ut medio valle  
utili ad arcendos homines a peccatis; de qua in-  
quit Tridentinum sct. 14. cap. 7. *Magistri Chris-  
tiani populi disciplinam pertinet: Et quod inter ergo  
nibus unus ex præcipuis mediis habent; omnino  
inutile, & fructuare non reddit; poterit enim subli-  
tus, qui in relaxata lapsus fuerit, suo superiori, &  
alteri habenti *jurisdictionem* confiteri, & se accusare  
de *venialibus*, & de minimis *imperfectionibus*,  
ut bonam de illo *excommunicationem* habet, condic-  
endo confessionem, verbis illis consuevit: de  
mendacis, & juramentis vita præterea mercenaria,  
& præcipue de pollutione, seu fornicatione, quæ  
jam religiosus habui. \* Hoc manifeste sequitur con-  
traria opinione, & ex fundamentis pro illa adiutorio,  
est mili evidens: sed quis audebit hanc sequendam  
proxim deducere!*

12. Duplēcē istam illationem ad minus im-  
probabilem, & temerariam, & scandalosam fa-  
perjudicavi, contra bonos mores, & contra præ-  
puum remedium à Christo Domino inventum, &

institutum ad peccatores coercendos: si enim hæc ita essent, tota confessionis machina, & institutio in animarum mediam, funditus everteretur, & penitus evanesceret. Vulnus enim, quod à medico sanū judicatur, medicina non curat: rueret ergo fundatum Tridentini *sess. 14. cap. 5.* ad definendam confessionis integratatem. Si enim erubescat agrotus vulnus medico detegere, quod ignorat medicina non curat. Quis autem non videat ignorari vulnus à medico, qui neque illius quidem cicatricem permanere judicat: ergo à quæ irriat Sacramentum, palliare peccatum prælens, ac illud tacere.

13. Deinde quo modo haec cohærere possunt cum definitione Trident. *eadem sess. 4. cap. 5.* "Necessum est omnium mortaliū veniam cum aperta, & verecunda confessione à Deo querere:" nam quo modo erit aperta confessio, quæ ita est palliata, ut confessio nus judicet nil sibi virtute clavium remittendum proponi: & quomodo verecunda, in qua pœnitentis implicitè, vel explicitè protestatur, se non jam peccatorum venia à Deo querere, sed novi gratiæ augmentum ad majorem vitæ spiritualis profectum? Insuper quomodo vera esset illa Concilii verba: "ipso fato ejusdem confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecunda gravis quidem videri posset, nisi tot commodis levaretur." Cum nulla difficultas, verecunda nulla, in ejusmodi confessione reperitur: Urgetur ex cap. consideret, de Pœnitent. *dist. 5. quod est Augustini de vera & falsa pœnitentia. cap. 14. & de visitatione in�mor. cap. 2.* Ubi de peccatis loquens: sic ait: "Nam omnia staceantur, vel dicta callide pallientur, animam jugulare. Quæ autem magis palliat, dic posse, quam quæ ta judicium confessoris pervertunt, ut iustum ex istis est peccatorum, & non jam culpat doleat, sed valde timoratum veneretur.

14. Insuper quis neget, quod magis innotesceret confessario status pœnitentis, si tanquam de re nunquam judicata se accusaret, dicens: "apius peccavi in causa castitatis: quam si de venialibus se accusans imperfectionibus, aderet in fine, se etiam accusate de tribus fornicationibus vita præterita, jam iterum clavibus subjectis; cum tamen de novo, & quotidie in ea peccata misere laberetur, & confessarius decipit, judicans peccata illa, quæ hodie confitetur esse eadem, à quibus heri, & nudius tertius illum absolverat. Quis inquam insiciabitur? Sed modus ille primus confitendi est damnatus à Concilio, eo quod per illam confessionem peccata illa judicibus non satis innotescant: ergo & secundus confitendi modus damnatus etiam censendus est, cum direcione opposatur motivo definitionis integratatis confessionis.

15. Urgetur ex eodem Concilio *ibidem*. Ubi eam notitiam peccatorum confessario tribuendam, inquit, quæ sufficiat, "ut & quietatem in pœnis injungendis servare possit." Sed si peccatum novum posset, ut antiquum, & ut jam clavibus iterum subjectum conterti, non tribuetur confessario prædicta notitia, cum nullus possit prudenter, peccatis jam remissis, & judicatis, eundem pœnitentiam injungere, ac si intermissa, & nunquam ad judicium delata fuissent; ergo non est sufficiens ea peccatorum notitia, quæ confessarius lib. suaderet, si se jam in alia confessione judicata, cum verè non fuerint. Accedit Trident. *sess. 14. cap. 1. definire, Christianum Dominum eos, qui post Baptismum crimum aliquo se contaminaverint,* "ante hoc tribunal tanquam reos sibi voluisse, ut per Sacerdotis sententiam à peccatis liberentur." Sed qui explicat in confessione peccata,

ut jam in alia remissa, non se sit, nec præsentat tanquam reum, ut à peccatis liberetur; ergo non adimpleret præceptum Divinum confessionis. Ergo ita debet pœnitens confiteri, ut confessarius non decipiat, existimans peccatum illud fuisse jam in alia confessione remissum.

16. Denique efficaciter, illationis absurditas convincitur. Primum, nam si pœnitens plura peccata in eadem confessione ad eundem judicem deferens, ita palliatiæ explicaret, ut confessarius non plura, sed unum tantum peccatum sibi proponi judicandum perciperet, non esset confessio integræ, ut omnes factentur. Ergo quando plura peccata in diversis confessionibus ad eundem judicem deferuntur, ita tam pœnitentia, ut judex non plura, sed idemmet peccatum ad judicium hoc deferri existimet, & supra idem dictum sententiam pronuntiari, non erunt confessiones integræ; nam planè constat, peccata illa, ut plura judici non innotescere, nec in hoc tribunal fuisse, ut plura judicata. Secundum, qui hoc Sacramentum, ut definit Tridentinum, *suprà*, est institutum per modum judicii, in quo pœnitentis est reus, accusator, & testis. Sacerdos vero judex: sed in judicio sibi externi nulla esset sententia ab solutoria, si præcedente accusatione delicti, reus falsis testibus probaret tale delictum fuisse jam in alio tribunal equalis jurisdictionis judicatum, & pena sufficienter imposta, per sententiam latam, ab illo fuisse absolum. Ergo, & in hoc judicio pro foro interno conscientia à Christo Domino instituto, nulla erit sententia ab solutoria, interveniente eadem fraude.

17. Ex dictis mihi suadeo prædicta absurdia à nullo Theologo concedi posse. Quomodo autem vivenda; juxta principia primæ sententie ejus patrum videbunt, quisequiam ingeniosè negabunt, & ita repetio negissit Leand. ubi sup. Nam licet *dist. 5. q. 2.* asserat cum Lugo, Bonac. Homobon. & Dian, cum qui facit confessionem generalem, non tenet explicare quæ peccata fuerint post ultimam confessionem commissam, neque obstat, quod pœnitentis peccata recens commissa, implicitè videatur indicare esse peccata antiqua, & iterum confessione subiecta, nec quod confessarius decipiat, ita judicans. Quamvis, inquam hæc ibi doceat, nihilominus *quæst. 24.* inquirens, an licet pœnitenti expresse confessari peccata nova, ut antiqua? Respondeat, quod licet Cardinal. de Lugo videatur indicare sustineri posse partem affirmativam, sibi tamen certissimum esse, non licere, & credo, inquit, esse communem omnium Theologorum. An consequenter? Alii viderint, quia ratio, quæ moveretur ad hoc negandum, est ea, quam ex Card. Lugo adduximus *suprà*, quæ parvi ponderis est.

18. Propter hæc existimo, præceptum manifestandi peccata confessio, ut judici, tunc ex Sacramenti institutione, & traditione Ecclesiæ, tunc ex Tridentin. obligare ad ea ita exprimenda, ut si verè non fuerint in alia confessione judicata, id confessarius percipiat, aut saltem non proponatur, ut antea clavibus subiecta, cum primum ad judicium deferuntur; quia al ter variaretur judicium in modo substantiali ipsius. Si vero semel judicata fuerint, non erit confessarius id exprimere, si iterum confessioni subiectantur. Nam ex eo, nullum sequitur absurdum contra bonos mores, nec contra finem, & integratatem hujus Sacramenti. Quod si quisita idem mortale singulis confessionibus subiiceret, ut confessarius intelligeret semper esse peccatum di-

Si nō dē novo commissum, fortē aliquis sentiret  
esse illicitum, eo quod graviter se infamaret apud  
confessarium habentem illum pravis moribus imbu-  
tum, & conscientia distractum.

10. Ex dictis sit male adduci pro contraria opini-  
ione Pat. Suarez, & Coninch, locis suprā citatis, quia  
ipso tantum asserunt, illum qui se accusat de  
confesso, non teneri explicare jam iterum confessum  
fuisse, quod nos libenter fatemur; nam aliud est  
confiteri peccatum antiquum, jam remissum quasi  
novum, aliud confiteri peccatum novum, quasi an-  
tiquum, & jam remissum, in hoc enim deficit poenit-  
tens integritas, secus illo. Insuper male adduci-  
tur Pat. Thom. Sanchez ubi suprā, quia ipso tantum  
asserit, eum quod dubitat fuisse confesus peccatum  
aliud, satisfacere, explicando totam malitiam illi-  
us peccati, quin explicet tempus quo commisit, ni-  
mirum apud ultimam confessionem, vel ante illam,  
& approbat opinionem P. Suarez, ut suprā relata. Ex  
hoc autem principio non bene deducitur, poenit-  
tentem non teneri saltem implicite in confessione in-  
dicare peccatum illud non fuisse in alia confessione  
directe absolutum: potius id semper implicite dicit,  
& ita confessarius intelligit, dum verba accusationis  
aliud non indicent, prout contingit in illationibus  
suprā deductis. Licet autem poenitens non teneatur  
dicere, se in alia confessione subiecisse peccatum,  
quod modo confiteri, teneatur tam in peccatum no-  
vum non ita palliare, ut confessarius decipiat,  
existimans fuisse olim clavibus subiectum, & abso-  
lutum.

### §. III.

#### Argumentis negantis sententia fit fatis.

20. Argumenta contraria sententiae unico ver-  
bo dissolvo. Respondeo ergo, confessionem  
debet esse integrum quoad substantiam, & quo-  
ad modum, quia ad utrumlibet, confessionis prae-  
ceptum obligat, ut ex traditione Ecclesiae, ex Tri-  
dentino, & ex motivo ad integratatem definitam  
constat. Integritas quoad substantiam in eo stat,  
quod omnia peccata quoad speciem, & numerum  
clavibus subiectantur: integritas autem quoad modo-  
num exigit, quod ita hæc subiecto fiat, ut confessio-  
rius, qui primus sententiam tulerit, agnoscat poenit-  
tentem ante hoc tribunal tanquam reum sibi, ut be-  
neficio absolutionis veniam peccatorum confe-  
quatur, & quod poenitentis status ista confessario inno-  
tescat, ut poenam, quam opportet, pro peccatis pos-  
sit imponere, ut definit Concilium: ad quod requiri-  
tur, quod non decipiatur iudex in modo substan-  
tialiter variante iudicium. Argumenta autem con-  
traria sententiae solum probant confessionem illam  
fore integrum quoad substantiam; quod non infi-  
citor. Hoc vero non sufficit, quia deficit integritas  
quoad modum, quæ etiam requiritur ad satisfacien-  
dum præcepto confessionis: alia daretur deceptio  
gravis in modo, & ordine istius iudicij, sicut in iudic-  
cio humano contingenter, si reus fateretur delictum,  
falsis tamen testibus probaret, fuisse jam ab iu-  
dice ejusdem potestatis iudicatum, & poena debita  
punitum.

21. Fatoe nihilominus casum illum à præfatis

Doctoribus admissum de eo, quin confessione  
nerali, omnia sua peccata permixtum confite-  
non explicans, fuerint necne aliqua post ultima  
confessionem commissa, longe minus difficultate  
habere, quam illationes ex principiis supra dictis  
me factas: quem propteræ admitit Tamburin  
Method lib. 2. cap. 1. §. 1. cum Henriquez, & alii, quis  
sequuntur D. castillo tom. de Poenitent. disput. 9. dat.  
§. 6. à num. 14. 4. & dub. 7. num. 29. 4. & Cardinal, de la  
go suprā: quia poenitens in ea confessione generali  
non magis indicat in alia fuisse remissa peccata, que  
verè de novo confitetur, quam de novo esse com-  
misa, quæ verè in alia confessione subiecera; ac pos-  
t inde confessarius, ex qualitate peccatorum, & poenit-  
tentis statu, fatis percipere posse videtur, plures  
illis fuisse jam absoluta, alavero de novo subjec-  
ta. Cæterum quia confessarius non percipit, que, &  
quot hæc fuerint, adhuc existimo non satisficien-  
tia, quin ea declarerent. Et ita tradit Fr. ad-  
vicens à Conceptione tom. 1. examin. verit. tract. 3. de Pe-  
nitent. fol. 440. num. 19. & 21. in 2. casu resolution. Ubi  
ait contraria sententiam: \* A principio immo-  
tus improbabilem. \*

22. Unde fit omnino rejicendum Martinum de  
San Josephin Monit. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de  
Poenitent. num. 11. Ubi latissimam sententiam ten-  
tibi enim, sicut: \* Uno cometio un peccado gato  
y para ocultar al confessor, que era de la confessio  
presente, confessosse generalmente, y entre los  
casos de la vida passada confesó el ultimo. Esay  
probable, que pudo hazerlo así, porquenadie  
obligado à dezir, que los pecados que confessó  
cometidos despues de la ultima confessio, fuesen  
que interenga alguna particular circunstancia, que  
no se dé a entender, fino es diciendo, que el pe-  
cado es reciente. Sic Bonacina de Sacram. disput.  
que. 5. sect. 2. punt. 2. §. 3. difficult. q. num. 5. que citó  
Sanchez, y a Coninch, y los citó, y que dice  
3. part. tract. 4. resolution. 62. Y lo mismo me parece (a-  
tende) aunque los pecados que parece se en cuestión  
se confessen en otra qualquiera confessio particu-  
lar, como se digan contadas sus circunstancias por-  
que milita la misma razon, & desimilibus similes  
iudicium, \* sic ille. Quem ali reincidentes, quod  
ultimam etiam partem conclusionis sequuntur,  
quibus faveit D'elgadillo tom. de Poenitent. cap. 17. &  
tenet expresse Marcus Vidal in Acta Sanc-  
trat. de Sacram. Poenitent. Inquisit. 7. num. 34.  
Quorum doctrinam se appropiare non valet, ut  
Tamburin, in Method. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 8.  
& ego ab scholis relegati vellem: & spacio  
quia nulla opinio perni-  
ciose.

\*\*\*

Q. 2.

## QVÆSTIO IV.

*Vtrum, qui habet iudicium probabile pro iusta parte, teneatur confiteri, saltem si in peccatum commisum magis propendat?*

1. **P**artem affirmativam nonnulli tinentur, quam Mag. Barnabas Gallego tract. de conf. probab. dub. 8. non solum communem, & veram appetit, sed nullum pro contraria stetisse. Authorum dicit. Cæterum vir doctus deceptus est, & mirabiles pro contraria non invenisse. Est enim probabilior, & inter Doctores communis, ut restantur Cardinal. de Lugo discept. 1.6 de Penitent. s. 2. num. 58. & 68. & Mag. Joannes Martinez de Prado tom. de Penitent. q. 8. 4. dub. 4. §. 6. fol. 31. n. 44. eam tenet Sylvester verb Confessio secundo, q. 2. Ubi sic. \* Notandum est ex doctrina Div. Thomæ & communiter omnium, quod alud est scire, aliud opinari, & dubitare. Quia scire, habet certitudinem sine hesitatione de opposito; opinari vero non habet certitudinem sine hesitatione, sed habet assensum, vel credulitatem de aliquo cum formidine de opposito: dubitare vero non habet assensum, vel credulitatem alicuius, sed propter dicitur, quando alicuius aliquam sententiam, nec credit, nec decredit, sed est in aequilibrio, non declinans magis sad unam partem, quam ad aliam, taliter notabiliter, etiam si aliquis conjectur leviiter sine probabilitate de altera eorum. Qui ergo opinatur (attende) probabilitate de aliquo, quod non sit mortale, non tenetur illud confiteri. \* Sic Sylvester. M. Sacri Palatii.

2. **Q**uem, cum aliis citatis, sequitur Thom. Sanchez tom. I. summ. cap. 10. num. 79. ibi. \* Dicendum est, non tenere hunc facere peccatum, quod probabilitate opinionem credit non esse mortale, quia potest quilibet operari, sequendo probabilem sententiam (ut lat. probabili cap. preced. num. 14.) atque ita docent Rosella, Sylvest. Geron. Henriquez, Suarez, qui optimè at hoc esse verū, et si hic judicet tanquam probabilitus illud esse peccatum mortale, quia non tenetur quis lequi probabilitatem opinionem, sed satis est probabilem. Atque eadem ratione idem est dicendum, quando pœnitens probabiliter opinatur, se id peccatum confessum fuisse, quamvis probabilius credat oppositum; sic Suarez, quod non obscurè etiam docuit Navarrus. \* Hactenus P. Sanchez.

3. **I**dem sentit Diana part. 3. tract. 4. resol. 107. \* Difficultas, inquit, est, quando pœnitens probabiliter judicat, se peccatum mortaliter, vel non esse confessum tale peccatum. In hoc casu Coninch, & alii docent illud peccatum debere confiteri, &c. Quia nisi confiteatur, potest se exponere periculum mortaliter peccandi, &c. At hæc sententia mihi non placet. Non enim possum intelligere, quomodo pœnitens sequendo opinionem probabilem, etiam probabiliori, & tunc relictâ, exponat se periculum peccandi mortaliter, &c. Et ita nostram sententiam docent Sanchez, Sylvius, & alii. \* Sic Diana.

3. **Q**ubibus addi plures, quos citatos sequitur Alexander de Sacram. tom. I. tract. 5. disp. 5. quæst. 28. dicens esse communem, ibi. \* An qui probabiliter opinatur

se non peccasse mortaliter, aut mortale a se admisum, esse confessum, teneatur illud confiteri? &c. Respondeo non tenere, quia liberum est unicuique sequi opinionem probabilem, quæ sicut in aliis materialis, sic etiam in hac sufficit ad observandum præceptum. Sic Sanchez loco citato, num. 76. Suarez disp. 22. s. 9. Granodo tr. 9. disp. 7. num. 1. Diana, part. tract. 4. resol. 107. Lugo disp. 16. num. 58. & communis. Nec oppositum docent Victoria, & Sotus pro opposita sententia citati, quia solum loquuntur de peccatis omnino dubiis. Imd & Navarr. in nostram inclinat sententiam, ut advertit Sanchez. Sic etiam Filliuci, Bonacina, & alii, quos sequitur Machado 1. part. Sum. lib. 2. part. 4. tract. 5. doc. 3. in fine. \* Et quæst. 29. affert idem dicendum, licet probabiliter judicet se peccasse mortaliter, vel non esse confessum, pro quo ferè omnes citatos refert.

4. Cum his sentit P. Leand. à Murcia in disquisit. unic. resol. 8. n. 1. ubi atque tenere Sylvium, Sylvestrum, & Meratius, & addunt, inquit, Meratius, Sylvius, & Caramuelid verum esse, licet probabiliter quis judicet, se peccasse, aut non fuisse confessum. \* Eandem opinionem tenent Pitigianus, Mercerius, & alii, quos citatos sequitur Angelus Maria Verricelli tom. I. tract. 2. quæst. 28. \* Qui homo, inquit, in rebus practicis potest sequi opinionem probabilem, omisso oppositoprobabiliter, vel probabilior, quidam in rebus ipsis non imminet. *Quod periculū.* \* Et clavis in infra n. 10. \* Qui probabiliter credit, se non peccasse, non tenetur confiteri, neque in articulo mortis: (attende) & ad Sacram Eucharistiam, nulla prævia confessio, aut contritione accedere potest. Fagund. præcept. 2. lib. 3. cap. 4. num. 6. Probatur quod præsum patrem; quia qui in mortis articulo tale peccatum non confitetur, nullus exponit periculum, cum per aliorum peccatorum confessionem, aut contritionem gratiam sit consequitus. Probatur quod secundam partem, quia non peccat contra Religionem, se reverentiam debitam Sacramento, qui iuxta probabilem opinionem illud recipit, aut ministrat, ut dixi supra quæst. 26. \* Sic ille, qui quæstion. 26. citata duodecim Auctores pro hac parte refert, inter quos Saloni, Sayrum, Villalobos, Basilium, Pont. Antonium Perez, Lorcam, & Mag. Bart. de Medina, quos sequitur Mafarcenhas tract. 4. de Sacram. Euchar. disp. 4. cap. 4. num. 242. fol. 227. Et tenet nov. s. 1. Fr. Francisco à Jefu Maria, Carmelita excaleatus part. I. Cursus Theologia Moral. tract. 4. de Sacram. Euchar. cap. 7. numer. 29. apud quem Sylvest. Rosella, Geron. Henriquez, Sanchez, Dicastillo, Bonacina, & Filliuci.

5. Notant vero, & merito Verricelli, Fagundez, Sanchez, & Henriquez libr. 2. de Penitent. cap. 4. num. 5. Aversa, & alii quos sequitur M. Prado supra num. 47. eum, qui probabiliter credit non peccasse, aut esse confessum, teneri nihilominus elicere auctum contritionis in articulo mortis, nisi præcesserit aliorum peccatorum confessio, aut contritio; imo, & teneri confiteri, si dubitet de sua contritione, casu, quo sola contritio præcesserit. Quia licet opinio probabilis excusat a præcepto divino integratius confessionis, non supplet medium necessarium ad salutem, qualis est remissio peccati, si forte fuerit commissum. Ergo ne quis se exponat periculo damnationis, tenebitur medium assumere, quo suam justificationem certam faciat, ac proinde, vel aliorum peccatorum confessionem præmittere, quia indirecè remittatur peccatum (si forsan commisit) quod ex opinione probabili desinit confiteri, vel actum con-

contritionis elicere, in quo includitur votum conditionatum confitendi, si aliquando ei innotuerit, illud peccatum fuisse commissum, & non confessum.

6. Dices, si probabiliter judicans non peccasse mortaliter, nulla præmissa confessione, nec perfecta contritione, sola attritione, Eucharistiam in mortis articulo suscipere, licet re vera in statu peccati mortaliter esset, justificaretur virtute hujus Sacramenti, quod primam gratiam conferre bona fide accedit, est sententia expressa D. Thomæ, & Thomistorum. Ergo qui probabiliter judicat non peccasse, nec in articulo mortis tenebitur aliorum peccatorum confessionem præmittere, neque a cum contritionis elicere, sed sat illi erit, Eucharistiam attritus suscipere. Respondeo opinionem D. Thom. non esse certam, licet probabilitatem, quæ si falsa sit coram Deo, medium necessarium ad salutem supplicare non non peteat. Quapropter ea nemo contentus debet esse in articulo mortis, sed medium certum non omittere, quale est actus contritionis (secundum fidem) aut aliorum peccatorum confessio, nam quæ ex iusta causa, vel ex obliuione omittuntur; in eadem confessione quoad remissionem inclusa intelliguntur, ut ex Concilio Tridentino constat.

### Q VÆSTIO. V.

#### Vtrum sit obligatio confitendi peccata dubia?

##### S. PRIMUS.

Doctorum sententiae referuntur.

1. **Q**uestionem hanc nostra, tempestate celebrem, & ad conscientias exonerandas utilissimam, ut rem non dubiam potius supponerent, quam probabant Theologi. Verum, ut cum P. Vazquez, Azor, Villalobos, & Sayro, recte admonet Joannes Sanchez in select. disp. 29 num. 7. negare non possumus aliquando turbam Doctorum amplecti unam opinionem absque delectu rationum, aut saltem non tam exacte rationibus ponderatis, contra quos Doctor alius opinionem aliquam mature excoegerat in scholas introducere potest. Pro hoc igitur dubio de peccatis dubiis, non mediocribus studi impensis jam diu laboravi.

2. Estigatur controversia. An dubius de peccato, teneatur illud sub tali dubio confiteri? Dubitum autem hoc duplicitate potest esse, vel negativo, ut cum quis dubitat, an peccaverit, ita ut pro neutra parte contradictionis possit assensum praebere: vel positivum, ut si quis certus se peccasse, dubitat, ut supra, an venialiter, an mortaliter? Eteni utroque dubio: Prima, & communissima sententia est, peccatorem teneri, sub tali dubio confiteri. Ita plures, quos ad quadraginta referens sequitur P. Thom. Sanchez in Summ. libr. 1. cap. 10. num. 66. & 67. P. Suarez de Panit. disp. 22. sect. 9. num. 7. P. Granado cont. 7. de Panit. tract. 9. disp. 7. dicens: *Effec certum omnino P. Henr. q. lib. 2. de Panit. cap. 3. §. 7. & cap. 4. §. 5. & de Pontif. Rom. Clave, lib. 4. cap. 9. num. 3. prope fin. Cardin. de Lugo. disput. 16. num. 63. Leander disp. 5. quest. 25. & 26. & alii communiter.*

3. Secunda sententia in dubio negativo opposi-

tum tenet. Ideoque assentit, eum qui dubitat, anguis Coninch. tract. 2. de Sacram. diff. 7. libr. 8. cind. 2. requiritur, ut saltem probabiliter possim judicare, peccasse. Hanc opinionem ampliebat P. Joannes Præposit. tom. 2. in 1. 2. quest. 19. art. 6. dub. 4. in fin. 6. semper esse visam libi speculativè problematis P. Lessio, & alii, quibus eam communicavit, alii tom. 3. in 3. p. quest. 5. de inegrit. confit. dub. 3. quam hoc loco addat, in praxi non esse à contraria redendum. Et in casu æqualis dubii, defendit Petrus Marcinus de Sacram. Ordin. tr. 2. p. 2. cap. 1. m. 17. & plures alii, qui eodem modo philosophandam putant in dubio peccati, quod obligationem contredit, ac in dubio voti, quod obligationem adimplendi. Quibus dissentire non potest fugundis illis in Quinque precepta Ecclesiæ, præcep. 2. cap. 1. num. 9. ubi redens disparitatem, cur dubius devotus monasteri adimplere, & dubius de peccato confiteretur: Respondeat: *\* Disparitas est, quia in secundu. si constat, peccatum fuisse commissum, in primo non constat votum fuisse emulsum, & id est diversa est ratio utroque, quia quanto expedit non constat, votum fuisse emulsum, manet homopelletor suæ libertatis, & id est melius est conditio prædictis; at vero peccator non est legitimè possessor lux conscientiae, cum certo sibi constet de peccato se commisso, & non sibi constet, fuerit mortaliter, an veniale.* Hæc ille Ex quibus manifeste configitur, quod, si peccatori non constet de peccato se commisso, erit legitimè possessor lux conscientiae, sicut, & qui dubitat, an votum emulsum, accepit non tenebitur ad confessionem, sicut neque aliter votum: In hoc enim casu nulla est disputa. Scit etiam pro hac sententia Layman, & Granado iustificandi, & Author casuum conscientiae Bononius, fol. 83. & probabiliter putat Martinus de Joseph in Monitis confit. tom. 1. lib. 1. de Penit. tract. 8. num. 1. Et pro scrupulosis defendunt Oviedo 1. m. 4. contrav. 1. punct. 2. num. 27. & 29. Azor tom. lib. 2. cap. 7. quest. 7. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 10. num. 81. Calapiao tom. 1. tract. 1. disp. 4. & alii, quos sequitur Ventcelli tom. 1. quest. moral. tract. 5. quest. 1. m. 6. & com. Suarez, Becano, Granado, & alii certissimam pone. Tiburinus in Methodo exped. confit. lib. 2. cap. 1. §. 2. num. 16. quia scrupulosi debent præfari non peccata mortaliter. Quia rationem pro omnibus erant non scrupulosis militare tradit. Speculum conscientiae, tract. 1. §. 9. folio 122. \* Si tu (inquit) dudos, si confiteeris in tal vicio, o peccato, es sensualis, que no, ipse configuius no peccate mortaliter. \* Sic sic hinc to D. Thom. 2. 2. q. 36.

4. Tertia vero sententia in discriminatis affectibus, non esse obligationem confitendi peccata dubium. Doctores aliqui apud Machado tom. 1. lib. 2. fol. 47c. Inter quos male pro hac parte refutat Petrus Suarez. disput. 22. de Penit. sect. 9. quia ibi contraria sententiam apertissime tenet. Probabiliter tamen pone P. Layman in Theol. mor. lib. 1. tract. 1. cap. 4. §. 12. ubi sic habet: *\* Si in deservitu virginali peccata fuit, quorum conscientiam habet, confiteretur, nec tollere, de quo post dil. gentem excusationem dubitum, an committerit, vel an fuerit mortale? tunc probabiliter apparet non incumbere ejus confitendi obligacionem.* \* Hanc opinionem speculativè veram dicit Bauni tom. 1. tract. 4. de Panit. quest. 7. Littere ipse contraria invitus, ut ibidem fatur, sequuntur. Et amplectuntur illius. Caramuel in Theol. mor. lib. 3. de int. finam

sciencia dictamine, & apud illum Pater Amicus, & Theles Lovanienses in Collegio Societatis Iesu. Et icerum in Theolog. fundam. à num. 1322. fol. 671. & fol. 691. 8. object. 3. ubi inquit. \* A ratione non solum esse probabilem, sed moraliter certam. \* Et sequuntur Joleph de Januarii in resolut. Theolog. mor. tom. 1. resolut. 7. per totam. Joannes Martinus in Theologia scholastica tom. 5. disp. 50. sect. 8. an. 91. Ferrantinus de scandalo. quæst. 77. an. 31. Petrus Marcanius in Tribunalis Sacram. tract. 4. art. 6. quæst. 5. Et cum Iesuado à Bononius, & Sc. piose Paulinu, defendit nov. sicut. D. Franciscus Verde in opusculo pro Caramueli, quæst. 14. p. §. 1. n. 147. fol. 145. & 146. & supponit M. Atuanzo in decisione moral. de statu civili. disp. 9. casu 11. n. 9. fol. 45. ubi sic. \* Ecclesiæ non præceptum confiteri hoc, aut illud in particulari, sed in communione cuncta peccata mortalia, certot alia, & alia non confessi. \* Et probabilem putant Castro Palao tom. 4. de Poenit. tract. 33. punct. 9. Qui a contraria, quam sequitur veritatem vocat, & Angel. Bosisi tom. 1. à num. 1754. Et hanc opinionem efficiuntur practicæ probabilem, tenentur plures Doctores Romani à P. Carolo Musarat Societatis J. s. consuli, & pluri ex Doctribus Complutensis, & in eadem Universitate sacre Theologie publici Professores, eximique Theologici quos à se consultos refert R. P. Leander à Murcia in Disquis. lib. 1. disp. unica, resol. 8. n. 26. & 27. Et hanc sententiam probabilem esse, sive calculo, firmarunt Reviros Societatis, ut testatur P. Ferrantinus ubi superius de scandalo q. 77. an. 31. Ubi hæc ex illis refert verba. Opinionem de peccatis dubiis negativè (universum quibus non fertur iudicium, quod non fuit commissa) judicavimus olim non debere permitti in Societate, cum vix reperitur unus scriptor, qui illam tueretur. Modo vero cum iam aperte, & expresso in suis scriptis tuerantur, præter Egidium Coninch, Petrus Marcanius, Caramuel. J. sephus de Januarii, & Joannes Martinus: & alii multo scriptores prædicti probabilem, censemus posse iam in scholis Societatis permitti. \* Eandem opinionem in ordinem recipiendam Eucharistiam amplectuntur. P. Granado in 3. p. controly. 6. tract. 1. disp. 7. n. 13. P. Sávrb. Eucharist. n. 23. & tanquam præbabilem admittit Leander à Sacram. de Euchar. tract. 7. disp. 7. quæst. 11. & M. Carenna tract. 4. de Eucharist. cap. 4. n. 242. Et in dubio equaliter confiterunt Paulibertus Marcinus de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 3. cap. 1. n. 17. & M. Paulus de Blanch. in disceptat. cas. conscientia, disp. 3. in lit. C. fol. 1. 6. ubi sic. \* S. ille, qui vult accipere Sanctissimum Sacramentum Eucharistia, non cognoscit, nec velenoferat suspicere esse in mortali, non est necesse, ut confiteatur ante Sanctissimam communione. \* Hæc ille.

5. Ex quis hanc sententiam tenuit. Paludanus, D. Antoninus, & Tabiena, quoniam dubium eti quid est, refertur P. Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 45. in glo. lit. p. \* Addunt, inquit, Paludanus, Antoninus, & Tabiena id verum esse (tempore teneri confiteri peccata dubia) quoniam magis declinatio in suscepitum mortale, aut non sive illius confessionem, alia in dubio equaliter non tenetur ad yotum, & non præcepti, tanquam ad confessionem illius. Contra Gerion Alphabeto 41. lit. F. qui obligat in æquilibrio &c. At revera hæc (sic Henr. querz) potest practicæ deponere dubiam conscientiam, & sic exculpat a præcepto, sed in mortis articulo expedit confiteri, si facile non habet contritionem, aurali ad Sacramentum, ne se exponat periculo damnationis. \* Hæc tenus Henr. querz, quem immixto non-

nulli calumniantur, hos Doctores pro hac sententia adduxisse, eos recolui, & planè inveni illi faventes, quia obligationem confitendi peccata dubia deprobabiliter tantum dubio intelligentiam tradunt, nempe quando quis probabilitet putat se peccasse. Ita D. Antoninus apud Tabienam verb. Confessio, 2. num. 12. Ubi loquens de prædicta obligatione, sic inquit. \* Secundum Archiepiscopum Florentinum debet intelligi de dubio probabili. \* Cujus sententia adhæret ipse Tabiena ibidem, & expressius num. 14. dicens: \* Tenetur iterare confessionem, quando advertenter tacet aliquid, quod est mortale, vel credit, vel probabilitet dubitat, esse mortale. \* Quibus confitentia videtur Mag. Zanardus i. part. instruct. de Sacram. Panit de dubiis pro confessione, §. 8. Quaritur, fol. mibi 213. qui obligationem confitendi non agnoscit, dum quis non judicat probabilitet se peccasse. Licet in casu qualis pro ira que parte probabilitatis, ad confessionem obliget. \* O' Clavo, inquit, queritur, an ad integratem confessionem speccet confiteri peccata dubia? Respondet, quod pœnitentia tripliciter potest dubitare peccatum esse commissum, & non confessum. Primo: probabilitet tenendo peccatum esse commissum, & non confessum, & tunc tenetur. Secundo: habendo rationes probabiles pro ira que parte, & tunc etiam tenetur confiteri. Tertio: habendo rationes probabiles pro confessione facta, & sic debet omnes scrupulos reiicare. \* In quibus, ut patet, solum comprehendit casus iudicij probabilis de peccato commissio, & solum obligat ad confessionem peccati dubiū, qui probabilitet tenet se peccasse, dum oppositum non sit ipsi probabilis, eum vero qui iudicium suspendit, neutri parti assensum præstare potens, obligatione adstrictum non agnoscit.

## §. II.

Tertiæ sententiae fundamenta, ejus probabilitatem ostendunt.

6. **N**emo negare potest hanc sententiam à loco extrinseco valde probabilem esse, id enim Doctorum, quos congregati, auctoritas apertissime evincit. Nec ab intrinseco negare audeo, habet enim efficacissima fundamenta, que improbari non possunt.

7. Probo i. efficaciter ex Concil. Tridentin. sess. 14 cap. 5. ubi totam materiam necessariam hujus Sacramenti explicans, sic definit. \* Constat enim nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigiri, quam, ut polliquam quisque diligenter te exsollet, ex peccatis confiteatur, quibus Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit. \* Ex quibus sic formo argumentum. Ille tunc tenetur confiteri, qui meminuit mortaliter offendisse Deum, sed qui dubitat, an peccaverit in mortaliter, non meminuit mortaliter offendisse Deum. ergo qui dubitat, an peccaverit mortaliter, non tenetur confiteri. Consequentia est legi, major est de fide, minor in dubitata apud Theologos, & in illis exemplis demonstrabilis: nam qui meminuit de solvitione debiti, non tenetur solvere, secus qui dubitat. Qui meminuit de recitatione officii, non tenetur recitare, secus qui dubitat. Qui meminuit de confessum fuisse, non tenetur confiteri secundum omnes, secus qui dubitat. Rursus nemo potest jurare se meminisse de illo, de quo dubitat, ergo qui dubitat, non meminuit. Ergo qui dubitat, non mortaliter

raliter peccaverit, non meminit mortaliter offendisse Deum; sed Ecclesia, ut fides docet, nil aliud exigit a poenitentibus, nisi quod ea peccata confiteantur, quibus Deum suum mortaliter offendisse memorin: ergo non exigit confiteri peccata dubia.

8. Confirmatur ex Aristotele lib. 1 de memoria, & reminiscencia, & ex D. Thoma ibidem lect. 1. Ubi explicans cum Philosopho, quid sit, meminisse, inquit, \* semper, cum anima memoratur, pronuntiat, & vel prius audivisse aliquid, vel sensisse, vel intellexisse. \* Sed, qui de his dubitat, non pronuntiat, se audivisse, vel intellexisse; sed dubium esse, an audierit, & an intellexerit: Ergo qui dubitat, non memoratur: ergo qui dubitat, an peccaverit lethaler, non meminit mortaliter offendisse Deum: ergo non tenetur confiteri. Urgetur: Quia dubius ab ignorante non distat. I. Mansuissimi, §. Sin autem nescius. G. Lusit. decisi. 91. num. 1. in princip. I. nō comparantur ex Surdo decisi. 265. num. 17. Sed quia ignorat, non est memor, ergo nec qui dubitat.

9. Secundo probatur, quia omnia iura clamant, in dubio delicto reum esse ab solvendum, & consequenter esse liberum ab obligatione, quam ratione delicti subiuritus erat. A qua regula juris, ut potest ratione consona, inquit Sanchez in Sum. lib. 1. cap. 10. num. 48. non est recedendum absque textu expresso. Accedit, quod in dubio non debet prouisiū delictum: & in nullo foro aliquis accusatur debet de defendi, quod commisisse, ita ostendit non potest, ut data indicia, & conjectura assensum non generent. Ergo nemo tenetur se accusare de peccato dubio. Hac ratione ducuntur auctores pro secunda sententia cirtativi: verum si aliquius pondus est, qui hanc sententiam amplectuntur in dubio negativo, debent etiam in positivo amplecti, ne inconsequenter loquantur: nam rationes allatæ, & afferenda, velut utroque præstant, vel in neutro: nam si delictum præsumi non debet, potiori jure, licet constet de delicto, non debet præsumi grave. Deinde in materia necessaria accusationis est delictum grave: ergo si nemo accusari debet de delicto, quod non sit probabile, ne potest turbae acclarari de delicto gravi, quod probabile non sit. Ergo velut utroque dubio afferendum, vel in utroque negandum. Et ita sentit Cardin. de Lugo diph. 16. sect. 2. n. 61.

10. Tertie probatur: quia præceptum confessionis, tam jure Divino, quam humano, solum est præceptum confitendi mortali: ergo dubitare, an culpa sit mortaliter, est dubare, an continetur sub præcepto: Sed quando constat de præcepto, & dubitare, an res aliqui sub illo contingatur, nemo illo tenetur, & docent P. Thom. Sanchez in Sum. cap. 10. num. 32, & P. Salas 1. 2. quæst. 21. tract. 8. diph. unica. sect. 2. n. 258. Et cum Filucio, & Alphonso de Leon, Marcus Vidal ubi infra num. 4. Ergo qui dubitat, an peccaverit mortaliter, non tenetur præcepto confessionis. Urgetur, quia ut p. Henrique probat Sanchez lib. 2. de Matrim. diph. 41. num. 36. id est dubitare, an hæc culpa continetur sub præcepto, & dubitare, an sit præceptum de illa confitenda. Sed quando quis dubitat, an sit præceptum, non tenetur illo, ut afferatur prædicti Doctores, quos sequitur P. Suarez tom. 5. in 3. p. diph. 40. sect. 5. n. 15. & P. Sa. verb. Dubium num. 2. Medina, Sotus, Valentia, & alii, quibus contentit Marcus Vidal in Arca salutari. Ubi de dubiis, inquis. 2. fol. mihi 39. Ergo qui dubitat, an hæc culpa continetur sub præcepto confessionis, illo non tenetur; sed qui dubitat, an sit mortaliter, dubitat, an continetur. Ergo, &c.

11. Premito iterum, nam ut colligatur ex Palo punct. 34. de conf. num. 4. & 8. & punct. 35. n. 2. (quod Theologis communiter supponitur) omnibus facti pertinentis ad materiam præcepti, sedetur ad dubium juris, in quo dubio nemo tenetur, ut decent communiter Theolog. Hinc debitas, sed sufficientem diligenter, an hodie sit dies regum, vel an dies festi, vel an vi. festi unum annum explorari, nullo præcepto ligatur abstinentia a carnis, diendi sacrum, vel ieiunandi: quia materia hæc præceptorum est abstinentia in dievenientia, salvo sacri in die festo, & ieiunium anno vi. festi primo completo, ac proinde de prædictis dubiis, ut dubitare de præceptis, eo quod sit dubius pertinens ad materiam præcepti, quod prouideat dubium juris reducitur. Sed peccatum mortale in materia præcepti confessionis, ergo dubium de peccato mortali est dubium factum pertinentis ad materiam præcepti, ergo ad dubium juris reducitur, in quo neminem teneri, & omne est apud Doctores.

12. Insto clare ad hominem contra Thom. Sanchez in Sum. cap. 1. n. 48. nam ibi manifeste docet, dubium juris esse, quoties dubia est, scadit, ex quia p. al. quod, leuex nascitur quod sentit etiam expressè P. Arriaga 1. 2. diph. 2. lib. 1. n. 15. diph. 1. 2. n. 15. inquit. \* Quandocumque dubium est circuionem, quia primo quasi incurrit quis obsequiatur, tunc standum pro libertate hominis. I. hinc ipse Sanchez ibidem cum Suarez (op. 1. 2. 6. 1. 2. Salas, Navarro, & aliis, docet, in dubio facti per homicidium, neminem confendum esse integrum, eo quod in dubio facti pro solo homicidio et in jure præscripta irregularitas: (partialis nimus, quia hæc irregularitas tantum privat iuri ordinarii majorum, non receptione, neque redditu inhibita ad beneficia, ut bene probat P. Bresler, lib. 1. de conf. cap. 8. 1. in d. si facta diligenter, maneat quia equum dubio, non conferti irregulariter tradit. Henrique lib. 14. cap. 14. num. 3.) Sed quidquid sit de hunc omni Doctores citati aperit sentitur in dubio facti, a quo lex aliqua nascitur (excepto dubio homicidio) neminem em lege obligari: sed peccatum mortale id, ex quo nascitur ipse factum confessionis, ergo in dubio peccati mortalis, nemo tali lege ligabitur.

13. Respondent Sanchez, & Lugo, in jure præceptum confitendi peccata certa, & dubia. Verum hæc responsio est ipsissima adversariorum conclusio, quam non supponere, sed probare debent, afferentes caput aliquid juris, ubi id expelle præscriberetur, quod non afferunt, neque possunt, quia nullibi repræsentatur. Ergo si irregularitas, quæ id præceptum abstineendi ab ordinari actibus non obligat in dubio facti per homicidium, quia in aliis delictis non inventur expressum in jure, ut faciat. Sanchez: Ita præceptum confessionis non obligat in dubio facti lethali, quia hoc nullibi repræsentatur expressum, & ut confat ex. 2. quidquid adstringenda, & de verb. obligat. Quidquid adstringenda obligat, causa dictum est, id ni palam exprimatur, omnibus esse censendum est. Et ut confitetur etiam ex cap. 1. diph. 1. lib. 6. Ubi agitur de obligatione indecada, interpretatio debet esse misericordia.

14. Quartio probatur, nam ex eo, quod Trident. ses. 14. cap. 5. doctrinaliter agens de circostantia recessari, confitendi, definat, mutantes speciem recessari confitendas esse, & nihil dicat de notabilitate aggravatibus, communior, & probabilitate sententia, ut infra videbimus, defendit, has non esse necessaria, confitendas: quam illationem esse claram ex Todi.

dent. idem quia de circumstantiis aggravantibus tacet, idem quia doctrinam ibi tradens de necessariis ad confessionem, subiungit, *nil aliud in Ecclesia à penitentibus exigit*, docet cum pluribus Leander tractat, *disp. 8. §. 7. quæst. 3.* Ergo, quia Trident. doctrinaliter agens de materia necessaria confessionis, solum deinceps confitenda peccata mortalia, quorum quis conscientia, & memor est, nil dicens de peccatis dubiis, sed potius subiungens, *nil aliud in Ecclesia à penitentibus exigit*, eadem probabilitate tenendum est, peccata dubia non esse necessaria confitenda. Videlicet argumentum convincens, cui non dissentit Pat. Vazquez de Panit, *quæst. 91. art. 1. dub. 2. n. 8.* ubi inquit: *\*quæ ea tunc confitetur, quæ Concilium explicavit esse explicanda, satisfecisse præcepto credendum est.* *\*Nec dicit potest argumentum hoc esse tantum negativum, non enim purè negativum est, cum Concilium de mortalibus confitendis agens, semper positivè limitat ad eas, quæ memoriae occurunt, sicut limitat circumstantias ad eas, quæ speciem peccati mutant.*

15. Urgitur, quia confessionis præceptum, rigidum, & valde onerosum est, & obligatio confitendi dubia, utpote plurimos afferens scrupulos, valde est odiosa: ergo præceptum confessionis non est extendendum ad peccata dubia, sicut ob tandem rationem, non extenditur ad circumstantias notabiliter aggravata, sed potius restringendum est, juxta regulam juris: *odia sunt restringenda, & favores ampliandi.* Praterquam quod, ut habetur in *juris cap. grave 22. quæst. 3.* *injustum est pro culpis dubiis certam adlibere penam: non posset autem, non adhiberi pro peccatis dubiis, si materia necessariet.* Omitto ipsammet confessionem peccati dubii esse penam non lexiguum peccati, ut nemo non expiterit, ergo non est pro culpis dubiis imponeenda.

16. Respondeat P. Thom. Sanchez in *Sum. lib. 1. cap. 10. n. 66. & 78.* præceptum confessionis esse favorable, & id est extendendum. Quia confessio, inquit, est medicina peccatum sanans, ac præservans à lapsum simili peccata dubia. Benè quidem; sed non bene inde dedit, confessionem non esse penalem. Primo, quia recte componitur idem esse medicinam, & penam, ut de satisfactione sacramentali definit Trident. *sef. 14. cap. 8.* dicens: *\*Debere talem esse, ut non sit tantum ad novæ vita custodiam, & infirmatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum vindictam, & castigationem.* Secundò ad hominem contra ipsum Sanchez: nam de excommunicatione loquens, ita docet aperte *lib. 9. de Matrim. disp. 32. n. 10.* per hæc verba. *\*Quia ex una parte, inquit, excommunicatione est medicinalis, & ex altera est pena.* Tertio, quia reservatio peccatorum est medicina ad præcavendum in posterum, ut tradit Lugo *disp. 10. sef. 2. n. 1.* & non dissentit ipse Sanchez *suprà num. 18.* Ettamen reservationem esse etiam odiosam, & penalem, id est restringendam, ut non extendatur ad casus dubios, tradit ipse et Sanchez in *Sum. cap. 10. citato.* Ergo recte coheret præceptum confessionis esse medicinalam, & simul esse odiosum, & penale, ac proinde restringendum, ut non extendatur ad peccata dubia. Fatoe institutionem hujus sacramentum esse favorabilem, & id est extendendam, quis verò præceptum medicinalm valde penalem inservi non possunt, adeo enim grave onus est, ut plures Doctores existimant, supra Ecclesia potestatem esse, illud imponere, ea saltem integritatem, quæ de facto impositum est. Vide Cardin. de Lugo *Part. II.*

quorum opinione, auctores citans, non improbat Diana 4. p. tract. 3. resol. 10. & 11. Ex quibus sic formo argumentum. Certus de voto, & dubius de qualitate, ratione cuius inducitur obligatio, non tenetur adimplere: ergo certus de peccato, & dubius de qualitate, ratione cuius inducitur obligatio, nempe, an sic mortale, vel veniale, non tenetur confiteri. Hujus consequentia probabilitatem negare non poterunt plures Doctores supra citati, qui eodem modo philosopham putant in dubio peccati, ac in dubio voti.

20. *Seprimo*: *Dubium, quod facta diligentia vin- cinon potest, aequivalet ignorantiae invincibili*, ut docet Thom. *Sanchez lib. 1. de Matrim. disp. 41. n. 46.* 5.2. *probatur*. Ergo dubium de peccato letiali, quod facta sufficienti diligentia vinci non potest, aequivalet ignorantiae invincibili de culpa mortali. *Ced tacere in confessione culpam, quae ex ignorantia invinci- bili non existimat mortalis, non opponitur praece- pto confessionis, ut omnes facientur, ergo tacere in confessione culpam mortalem, cuius dubium facta sufficienti diligentia, vinci non potest, non opponi- tur praecepto confessionis.*

21. Tandem potest suaderi hæc sententia, quia ad minus dubitari non potestrum auctoritatem Doctorum, quos suprà citavi, tum fundamenta in superioribus jacta, valde dubiam reddere obligationem confitendi peccata dubia; in dubio autem de obligatione, probabilius sententia docet neminem teneri. Hæc fundamenta majoris mihi ponderis sunt postquam, ut jacent, demandato Rever. P. Joan. de Pinna, Provincialis hujus Provinciae Toletanae, examinata fuerunt à plurimis doctissimis viris, & omnes huic opinioni, tanquam probabili subscripte sunt.

22. Ex dictis constat, quam incaute, & sine fun-  
mento Diana 4. part. tract. 3. resol. 5. dixerit, hanc sen-  
tentiam esse improbabilem, cum ex una parte tot  
pro illa militent Doctores, & ex alia, & que solidis,  
imo, & solidioribus nitarunt fundamentis, quam opini-  
ones aliorum, qua communiter inter Docto-  
res probabiles reputantur. Quibus passim ipse adha-  
ret. Constat etiam, quam audacter Thom. Hurtado  
Clericus Minor tom. 2. de Resol. Moral. tract. 12. cap. 1.  
dub. 8. factaverit, \*esse temerariam, eo quod nullum  
habeat fundamentum, & sit contra omnes, qui ante,  
& post Concilium scripserunt. \*Sed illi parco, quia  
nec Authores citatos vidit, nec fundamenta superius  
dicta perpendit. Quapropter ejus censura improba-  
bilis pro� est. Nam ut ipsa metra tract. 10. cap. 7. num.  
130. inquit (contra quendam Neothericum dicen-  
tem esse improbabilem opinionem afferentem choc-  
colatum non frangere jejunium) prorsus improbable  
est, dicere, esse improbabilem opinionem, que tot patronos,  
tot defensores, & tot fundamenta habet. Plures autem, &  
plura habent nostra opinio pro peccatis dubiis, quam  
sua pro Chocolato.

23. Caveant tamen preuententes, ne semetipsos facile decipient, judicantes peccata dubia, que certa peccata sunt: v.g. Si Religiosus, vel conjugatus, qui contra castitatem deliquerit dubiter, an adverterit ad circumstantiam status: & universaliter si aliquis in quocumque materia delinquens dubitet, an adverterit ad officiam Dei, quam advertentiam ad rationem peccati mortalis requiri, & non sufficere, quod cognoscatur actionem esse contrarationem, desfendit cum pluribus Cardin. de Lugo tract. de Incarn. diff. 5. fcts. 5. & 6. qui inquam, aliquo ex predictis modis dubitaret, non posset prudenter peccata illa

reputare dubia: quia licet forsitan predictas circums-  
stantias explicitè non adverteat, semper tamen al-  
vertisse implicitè, quatenus ilam cu[m] ipse locutus  
concepit, quam sapè cogitaverat contra illius  
illis malitias, ac proinde supponitur, & prauissi-  
mam sententiam fuisse sufficiente recordari, non lu-  
lum in opere extero, sed etiam in desiderio & in  
publicis delectationibus, ut bene nota Lugo-  
n. 100. & 103. ac proinde quiescere dubitatione  
ferit præsumptio iuris pro aliqua contradicitione  
parte, hec non dubia censenda est, sed probabili-  
sime, ut recte cum Soto, Aragon, & aliis doceatur  
chez in Sam. cap. 10. citato num. 13.

24. *Nostra antem doctrina solùm procedit de peccatis verè dubiis, de quibus nequaque posse accusat, nisi addat se dubium esse, in peccatis, in verò mortaliter. Nam si aliter se accusat, contradicuntur dubium, ut certum, peccaret mortaliter, ut certum, Div. Thom. Paludan. D. Anton. Cajetan. Soto. desma, Sylvestro, & aliis tener. Sanchez supradicti. Quod adeo certum est, inquit, ut nullus dubitabit, quia alias valde confessionis iudicium vanum Valde enim diversum iudicium seruum de de peccato dubio, ac de certo. Hac igitur peccato dubia, quæ nequeunt in confessione absque punitio addito, explicari, probabile est, posse in confessio taceri, ut omnia, quæ pro hac parte confessi, appos tissime evincent.*

## §. IV.

### Objectionibus fit satis.

25. **P**otissimum contraria sententia fundatur de summa ex usu, & praxi totius Ecclesiae, quae praecipuum confessionis mortalium interpretatur, ut ad peccata dubia etiam extendatur. Fatigor confundendum confitendi peccata dubia, haec tamen non convincit: nam etiam in uerbi Ecclesia est usus, & confundendo confitendi tempore quadragesimae, ut ait Trident. sess. cap. 5. & tamen non obligat praecipuum pro hoc tempore determinatum. Præterea et usus, & confundendo confitendi circumstantias notabiliter aggravantes, & tamen quæ uerba praecipi confessio majorum latitudinem admittunt; plures Doctores hanc obligationem probabilitatem negant. Ergo licet usus, & confundendo confitendum sit confitendi peccata dubia, tamen quæ praecipuum confessionis lethalium miserum tandem praeferebunt, possulum probabilitatem non inducere obligationem confitendi peccata dubia. Unde fit, quod licet consuetudo communiter dicatur optima legis interpres; nihilominus, quæ multoties non in verborum legi proprietate, neque in præcipientis intentione, sed in tempulo, re ipsa ratione, vel maiore pars securitate fundatur, non reddit omnino certum legem obligare ex modo, quo usus, & confundendum est recepta.

26. Hinc quotidie videmus Theologum usum, & praxim in Ecclesia communiter recipimus: pluribus id posset exemplis demonstrari: unum, vel alterum prestatabo. Leo prescribens Beneficiaris obligationem rectitudinem ab initio fuit communiter intellecta, & sicut recepta in Ecclesia, ut Beneficium, quantumvis item sub mortali obligaret ad recitandum, & item doctissimus Sotus, ut vidimus tradidit: *ad legem*

religione, ubi de Horis Canonicius, quæst. 4. numer. 7. Considerans hanc interpretationem præcepti, non tatione, sed timore fundari, prædictam obligacionem negavit. Quem plures postea sequuti sunt, quorum aliud obligacionem rectandi requirunt, quod valeat viginti aureos, ut Ledenus in Sum. part. 2. tract. 9. cap. 4. conclus. 5. alii, quod Beneficium sufficiat ad teriam partem sollicitationis Clerici ordinarii, ut Malerus apud Dianam 2. part. tractat. 12. resolut. 9.

27. Præterea præceptum abstinenti à lacte, cinti tempore quadragésimæ, quod latum est in capitulo deinde, distin. 4. communiter fuit ab omnibus usu receptum, & intellectum de obligatione gravi, & tamen P. Fagundez præcept. 4. Eccles. lib. 1. c. 2. n. 11. manu perpendens prædicti capituli verba adeo strictè non obligare, oppositum his temporibus assertum. Cui subscrivuntur Doctores Academæ Coimbricensi. Eboren. Salmant. & Complutens. quos nominantur citat in sua Apologia, qua prædictam opinionem ad Inquisitionis Tribunal delatam, à multorum calunnia vindicavit, auctoritate, & ratione probans ex sola consuetudine teneri fideles sub mortali à laicis, & ovis in qua dragesima abstinere: Ergo licet confutendo, & usus confitendi peccata dubia, ita præceptum confessionis exposuerit, & receperit, non inde rectè convincitur, esse certam ejusmodi di obligationem. Cum prædicta confutatio, & interpretatio, non in ratione, & proprietate verborum legis, sed in scrupulo, & majori partis oppositæ securitate fundata fuerit. Et ut bene Pat. V. quez. supr. q. 91. art. 2. dub. 2. n. 2. \*Opinio, licet tutio, non ideo est magis animabus expediens, quando est causa multorum scrupulorum.\*

28. Objetus 2. Ex Card. Lugo: Tribunal Sacerdotum, cum sint Christi Ticarii, debet extendi ad omnes causas, ad quas extenderetur divinum Tribunal Christi, si visibile aliquod Tribunal in terris eigeret, sed ad Tribunal Christi deferri deberent peccata dubia, non solum ex charitate propria, ne penitens se exponeret periculo damnationis, sed etiam ex charitate erga Deum, qua tenetur in ejus gratiam, & amicitiam redire, & eam procurare. Ergo Tribunal Sacerdotum ex eadem obligatione deferri debent. Hæc vero objectio facile infringitur. Primo, quia licet Divinum Tribunal esset eodem visibile à Christo Domino, non esset unde ex charitate propria teneretur penitens confiteri peccata dubia, nam ex ipso quod alia certa confiteri reniceret, à dubiis indirectè absolveretur, & consequenter omnia illi remitterentur. Secundo, quia ex fundamento Cardin. de Lugo, manifestè datur, tenereriam, saltem in articulo mortis, confiteri peccatum, etiam si probabile sit non fuisse commissum, ne se exponat periculo damnationis, si forte commisit. Scio Cardin. de Lugo admittit sequelam, sed absque necessitate, quia hoc periculum omnino evitatur confitendo aliqua venialia, vel mortalia, jam clavibus subiecta, vel actum contritionis elicendo: Nec enim charitas propria ad aliud obligare potest, quam ad medium aliquod eligendum, quo periculum damnationis nullum sit, & similiter, nec charitas erga Deum: quia per auctoritatem aliorum peccatorum confessionem, seu contritionem, amicitia Dei procuratur, & in ejus gratiam, si forte amissa fuerat, penitens restituitur. Et ideo ita expresse cum Hora quez. tenet Sanchez in Summ. lib. 1. cap. 10. num. 7.

29. Urgebis. Penitens debet ad hoc tribunal revertente per confessionem, eo modo quo ante ad

Paris II.

Deum tenebatur per contritionem. Atqui etiam habentes peccata dubia, tenebatur ad Deum recurrere per contritionem. Ergo & modò per confessionem ad hoc tribunal. Sed necio quo fundamento ad hoc recurras. Quia Christus Dominus potuit hoc Sacramentum ita instituere, ut de peccatis tantum certis debeamus in hoc tribunal judicari. Quod vero sic de facto instituerit, videatur non obscurè inferri ex Tridentino, ut probavi suprà num. 170. Omitto, quod autem hujus Sacramenti institutionem tenebatur penitens contemperare de illis etiam peccatis, quæ probabilitate judicasset fuisse commissa, etiam si oppositum probabilius sibi esset, ne forte periculo damnationis fecusse exponeret. Et tamen, ut communis sententia fert, non tenetur de his peccatis in hoc tribunal se accusare. Ergo non debet ad illud recurrere per confessionem, eo modo, quo olim ad Deum per contritionem. Hoc tamen non tollit præceptum charitatis de illorum contritione includente votum conditionatum confitendi, cum constet certo fuisse commissa, vel de aliorum saltem venialium confessione, casu quo peccator moraliter certus non redatur de sua contritione. Quia licet opinio probabilis excusat à præcepto divino confessionis, non tamen supplet medium necessarium ad salutem, & remissionem mortalium, si forte commissa fuerint. Ac proinde non solum de peccatis dubiis, sed etiam de probabilitate, in modo & probabilius non commissis, teneretur in articulo mortis confiteri, si nulla alia commisisset, vel confitenda non occurserint, fecus minimè: quia per Sacramentalem aliorum, etiam venialium confessionem potest certam facere suam justificationem, cum dolore, scilicet, ex motivo universalis omnia etiam oblita se extende, & proposito implicito conditionato confitendi, si memorie certò commissa aliquando occurserint, prout opus est, ut virtute clavium remittantur.

30. Objetus. Tridentinum sess. 14. c. 5. definit \*opportere à penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post dilectionem sui excusationem, conscientiam habent, in confessione recenseret, \* sed qui dubitat, an mortaliter peccaverit, habet conscientiam dubiam peccati mortalis; ergo tenetur confiteri peccatum dubium. In hoc principio nitorum contraria, & communis sententia. Sed rogo cur eodem fundamento non asserti, tenet etiam ad confessionem qui probabilitate judicat peccasse, licet oppositum etiam probabilitate, in modo & probabilius censeat. Nam sicut qui dubitat habet conscientiam dubiam peccati, ita qui opinatur, conscientiam peccati probabilem habet. Respondeo, ergo verba illa: *Quorum conscientiam habent: explicanda per ea quæ subiectis ibidem Concilio, dicens. Itaque dum omnia, quæ memoria occurrant, &c. & infra dum inquit: Nil aliud à penitentibus exiguntur, ut quis ea peccata confiteatur, quibus Deum suum mortaliter offendisse meminerit.* Quod iterum, Canone 1. primo, ubi definitionem de ceteris capitulis quinti recopilat, magis exprimit, dicens: *Debere confiteri omnia peccata, quorum memoria habeatur.* Cum igitur dubitans de peccato mortali, ejus memoriam non habeat, ut ex terminis notum est, non obscurè deducitur ex Concilio, non esse obligationem confitendi peccata dubia.

31. Ad hæc facit, quod verba illa capituli quinti: *Quorum conscientiam habent, nil aliud important, quam ut ea quæque lethalia confiteatur, quorum conscientia fuerit.* His enim terminis, ut si non nominis utitur Concilium sess. 13. cap. 7 & Can. 11. Nam loco eorum. *Quorum conscientia fuerit, ulius est postea in Canone.*

V 2

Quos

Quos conscientia talis peccati gravat. Dubitans autem non est conscientius, ut tradunt Doctores supra citati. Quibus facit Eusebius Nerenbergius in libro, cui titulus de la Diferencia entre lo Temporal, y Eterno, lib. 4. cap. 13. 5. 1. ibi: Nolo fave, porque no estudo cierto de el consentimiento, sino q̄ quedo dudoso. \*Quia ut inquit Bernardus lib. de conscient. Conscientia est quasi cordis scientia. Ergo peccatorum, quorum non est scientia, non est conscientia. Quapropter Bald. conf. 398. volum. 1. \*Conscientia, inquit dubia, non dicitur conscientia, & in dubio possessor potius debet ipsi favere, quam dissuadere. Ergo verba illa Concilii, querum conscientiam habent, non inducunt obligationem confitendi peccata dubia, quia solū habet conscientiam peccati, qui illius conscientius, & memorem est. Quibus ductus Pat. Sa, verb. Eucharistia, num. 23. excusat ab obligatione præmittendi confessionem, quando quis dubitat, an mortaliter peccaverit, quia non dicitur (inquit) cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat, \* & post illum Granado tr. 10. de Euchar. disp. 7. n. 13. In vero dubio, an habens peccatum mortale (dicit Henr. 1.) posse accedere ad Eucharistiam, sine confessione deponendo dubium, & videtur colligi ex Tridentino dicente confessionem esse præmittendam, quando quis est sibi conscientius peccati mortalitatis, dubitans enim non est conscientius. \*Quod probabile consent Diana p. 9. tr. 3. ref. 6. Lond. à Sacram. de Euch. tr. 7. disp. 7. q. 11. Regin. rom. 2. libr. 29. t. 6. q. 1. n. 99. in fine. Qui omnes aperte tentant, dubitantes speculativè de peccato commisso, posse practicè deponere dubium, nempe formando judicium, quod cum dubio speculativo circa peccatum commissum, licet sibi, non præmissa illius confessione communicare, elicendo scilicet actum contritionis, vel aliorum peccatorum confessionem, ne se exponat periculo communicandi indigne.

32. Hac expositio non leve fundamentum habet in iure Canonico, ut constat ex his quæ tradit P. Molin. tom. 1. de iust. tr. 2. disp. 63. n. 9. ubi probans continuare præscriptionem, qui post sufficientem adhibitam diligentiam, dubitat an res, quam possidet, sit alieha, utitur argumento defumpto ex Concilio Lateranensi, cap. ultim. de præscript. \*Ubi (sicut Molin.) ad continuandam præscriptionem solū exigitur, ut qui possidet, in nulla temporis parte conscientiam habeat rei alienæ. Ergo qui dubitat an res, quam possidet, sit aliena, non habet conscientiam rei alienæ. Ergo similiter qui dubitat, an mortaliter peccaverit, non habet conscientiam peccati mortalitatis. Discursus videtur legitimus. Si enim dubium rei alienæ conscientiam constitueret, non continuaretur præscriptio in dubitante, ut ex terminis patet; quia in aliqua temporis parte conscientiam habuisset rei alienæ, per quam desinet continuari præscriptio juxta Concilium Lateranense, ubi supra.

## S. V.

### Judicium Auctoris.

33. Propter fundamenta superius jacta, per triginta abhinc annos hanc sententiam valde probabilem existimavi, & non semel est suggestu discipulis tradidi. Unde Compluti ab anno 1652. (quo tempore Vespettinam Sacrae Theologæ Cathedram moderabam) inoffenso pede sub præsidio insignium Doctorum celeberrimæ hujus, ubique tetrarum,

universatis, frequenter defensatur. Nihilominus inaurius considerata, standum censeo pro communi, & communi sententi, adiutriente obligata, non confitendi peccata dubia. Ad quam hoc uno effici fundamento ducor. Quia Sacramentum l'generatio à Christo Domino institutum posuit cum hic confessione: quod autem ita institutum, suadet communis Catholicorum sensus, & traditio a tempore apostolorum usque ad nostram continuata, ratione cuius velut in concussum dogma præceptum confitendi peccata dubia, & quæ ac certa, non tam probantur, quam supposuerunt Doctores, à quorum sententia non licet absque expressa aliquis Concilii definitio, vel argumento convinci, qualia praefit non sunt. Nam omnia a ratione superiori per facilem corrunt ex sola traditione, qua docemus præceptum confessionis ex Christi Domini institutione, peccata dubia, & quæ ac certa comprehenduntur. Nam ut ait Augustin. lib. 4. contra Donatist. Quod univera tenet Ecclesia, nec concilii iuramentum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur. \*Quapropter illud infirmandum, nullum defumpi potest argumentum ex his, quæ circa alterius generis dubia Doctores tradidunt; sicut ex eo quod in iure si irregulariter imposita in dubio homicidii, acutum in officium allegari, quod secus in aliis dubiis contingit. Quia expressa iurius decisio, & determinatione nullum argumento locum relinquit.

34. Ad fundamento vero, quod ex verbis tr. n. 7. defumitur. Respondeatur intentum Concilii, ut ex toto cap. 5. sess. 14. apertissime constat, solū ut revincere haeticorum nostri temporis deceptores, sententiam confessionem, qua ratione præceptum, ut impossum, & conscientiarum carnificiam, quæ nemo teneri potest confiteri peccata, quod non recordatur. Ad quam eliminandam, & supponitum falsitatis convincendum, Concilium fideles in finis de obligatione confitendi ad tem tam possibiles terminata; eos edocens, ad ea solū lethala contenda, præceptum adstringere, que memoriæ occurunt, id est, quæ potest præsentis confessio subjecere. Hic est Concilii scopus. In haeticorum autem mentem nunquam venit, nevenit, ne potest præsentis conscientia non posse subjecere peccata dubia, id ea quæ nullo modo memorie occurunt, ad quæ menit confitenda præceptum confessionis, ex Catholicorum mente ligata, ideoque de re impossibili illud garriebant. Contra hos igitur definitum Concilium, sola mortalia, quæ memorie occurunt, se extendit. Atque adeo, impium est confessionem, quæ haec præcipitur, impossibile dicere, quod ut dixi non affabant, nec poterant, de confessione peccatorum, quæ ut dubia memorie occurunt, sed eorum, quæ nullo modo, ut per se notum est. Ab his igitur confessio eximi fideles Concilium definit, fucus ab aliis, quæ licet non ut certa vere subjeci possum. Unde confitendum non fuisse Concilium de peccatis dubius memorem facere, nec aliquid, quod illa indulgere, seu declarare intendit, quia de his nulla etat cum haeticis conroverbia, sed solū statuerit etiā præceptum impossibile præcipi, quandoquidem ea de quibus nulla est memoria, seu quæ nullo modo illi occurrit, confiteri non obligat. Nec in ejus mentem venit peccata dubia excludere ab obligatione confessionis, quæ nimirum materiam esse necessariam ibide suppedit, dum sola venialis libera declaravit. Nam postquam omnia mortalia, quorum conscientiam habent, & poenitentibus in confessione recente datur, pro-

prosequitur dicens: *Nam venialia quibus à gratia Dei non excludimus taceric citra culpam, multisque alia remedium expiari possunt. Ergo cum per peccata dubia, si vere committantur, excludantur à gratia Dei, nec aliis remedii, quam potestate clavium remittenda sint, necessarium est, juxta Concilium, ut dubia in confessione recensere.*

35. Ex quibus deducitur, verba quibus in hac contra hæreticos definitione, utitur Concilium, juxta ipsius mentem esse limitanda. Mens enim magis attendi debet, quam verba, *I. labeo in fin. ff. de frappellat. leg. l. nominis, & rei. S. verbum, ff. de verb. signific. Amen- dat. in Proemio addit. ad Recop. legum Navar. n. 16. Si- gism. Sac. de appel. q. 4. num. 21. & sèpè alibi: & plu- res apud Barbos. Axioma 148. ac proinde licet verba illa: Quorum meminerit, & memoria, & conscientiam ha- bat, latorem significacionem fortiantur; in praes- tamentum stritius usurpantur, in sensu nempe à Con- cilio intento contra hæreticos, qui ad peccata, quo- rum nulla est memoria, præceptum confessionis ex- tendi fingebant. Qibus plenè opponitur Concilium oppositum definitum. Cùm his verò rectè cohæret obligatio confitendi peccata dubia, quia ex mente etiam hæreticorum, confessio illorum non est impos- sibilis, ideoque sub præcepto cadere potest, ut pro- textus in cap. intelligentia. 6. de verb. signific. ubi Pontifex. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicitur: quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus. Et in cap. propter 8. eodem titulo. Ubiqui Gregor. Rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri, quia plerumque, dum proprietas verborum attenditur, sensus veri- tati amittitur. Textus in cap. Marchio 1. q. 1. Azebedo conf. 16. n. 17.*

36. His tamen non obstantibus, scrupuloso co- gendi non sunt, peccata de quibus dubitant confi- teri, ut docent Doctores nuz. citatis. Quia ut bene obseruat Card. de Lugo in prolog. ad Lectio- rem: *In ejusmodi personis, non sunt reputanda dubia, nec putandi sunt in dubio obligari, quando alii ratione dubii obligandi essent. \*Quinimò scrupulo- sis confusi solet, ut omittant confessionem peccati dubii, supponimus enim pro certo non esse pecca- tum; quia scrupuloso sunt, qui putant esse pecca- tum, quod talè non est, aut dubitant, an sint con- fessi peccata, quia ex circumstantiis, quantum re- cordantur, constat esse confessa.*

37. An verò qui certus de peccato commiso dubit de ejus confessione, ad illam teneat? Negant absolute non pauci. P. S. verb. Confes. n. 42. ad ob- ligationem requirit, quod pœnitens certus sit non fuisse confessum. \*Nec pœnitens, inquit, debet quidquam confiteri, ni certus sit, illud nunquam fuisse confessum. \*Quem sequi videret Caramuel in Theol. fundament. fol. 691. & tenet expreßè apud illum, fol 688. Theles Vienna defensata, & à tota facultate Theologæ approbata; cuius fundamenta proponit ipse Caramuel ibidem & ad opposita com- munis sententia, responderet, a num. 1324 fol. 690 in nulla tamen quiclibet, ut constat ex his quæ scribit, fol. 693. putat enim non teneri in vita confiteri, secus in articulo mortis, si adhuc maneat dubius de con- fessione. Quod clarius tradit obiect. 7. 5. Respondeo, fol. 694. Sed ab solutè numquam teneri, docet novis- timè Doct. D. Franciscus Verde in Opusculo pro Caramuel quæst. 12. part. 4. §. 12. fol. 161 n. 606. ibit. \*Dubius in confessio sit peccatum, non deber confi- teri, quia presumitur confessum, cum unusquisque presumatur facere res benè, & sit bonum examen. Ex quo principio, §. 11. cum Homobono afferit eum,

Part. II.

qui dubitat, an recitaverit, non teneri reperere, \*Nam factum in dubio presumitur, quoque cum quis facit opus ad quod teneri. \*Eandem sen- tientiam partim tenent Paludanus, Tabiena, & D. Antoninus, apud Henr. de Enchar. cap. 45 in Glos- lit. P. Afferunt enim sic dub tantem teneri confite- ri, si magis inclinetur fuisse confessum, secus si in dubio & equali veretur. Quod probant pariter voti, quæ si esset ad rem, nec si magis inclinetur, teneri- tur: sicut ne qui magis inclinat votum fuisse emis- sum, ad illud teneri, ut docet communior DD. op- pinio, quam sequitur Sanchez in Sum. t. 1. lib. 1. cap. 10. n. 36. & cum alius Diana 3. p. tr. 6. Ms. ref. 50. Imò addit Salas 1. 2. tr. 8. q. 91. disp. unica, sec. 23. num. 254. Ut votum obliget exig. rationes, ita convincere emis- sum fuisse, ut nulla maneat formido partis opposita. Ergo si de præcepto, & obligatione confessionis peccati commissi philosophandum foret, sicut de obligatio- ne voti, de cuius emissione certò non constat, ne- mo teneretur confiteri, nisi certus esset non confes- sum fuisse.

38. Ceterum paritas hæc nulla est, quia licet ex dubio voto ad dubium præceptum rectè valeat, quo- ad vim obligandi, non tamen est paritas inter dubium votum, & certum præceptum, quale est confi- tendi mortalia commissa. Unde qui certus de præcep- to dubitat, an adimpleretur, adimplere teneri, quæ præceptum possidet vim obligandi, qua per du- bium superveniens pœnitenti non potest, nec præcepto certo sit fatis adimplitione dubia, idemque omnino dicendum, quando votum est certum, & quæ dubi- tat, an impleretur, propter eandem rationem. Et hæc est communis sententia Doctorum, quam tenent Suarez disp. 22. sed. 9. Egidius disp. 7. dub. 3. n. 68. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 6. n. 59. & alii. Quapropter qui dubitat, an confessus fuerit peccatum commissum, tenebitur illud confiteri.

39. Secus verò credendum centeo, si dubitan sit scrupulosus, hic & in confiteri non tenebitur nisi certò sibi constet non fuisse confessum, ut cum Cajetano, Medina, Navari, Henriquez & alii tradit Thom. Sanchez in Sum. tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 18. Quem cum Rodriguez, Becano, Reginaldo, & alii sequitur Joannes Sancius in selectis disp. 41. n. 18. Quorum ratio est, quia in scrupulis mortaliter incredibile est, quod peccata recens commissa memorie non occurserint, post mediocrem diligentiam tunc adhi- bitam, & quod post multum temporis transacti, nunc occurrant. Ac proinde in ejusmodi personis eo ipso quod dubitent, credendum est adimpluisse confessio- nis præceptum, nec verum esse dubium, sed purum scrupulum: & ut ait Sanchez suprà cum Patre S. in Sum. verb. Dubium. Scrupulis nimis vexatus, non folium potest credere probabiliter obligationi confessio- nis satisficisse, dum contrarium non certò sibi constiterit, \*sed non debet fateri nisi quæ potest ju- rare esse mortalia, & se nunquam ea fassum fuisse. \*Qui rectè etiam monet, ne confessarius ulli scrupu- losi precibus quantumvis importunis acquiescat, ut eum admittat ad ea confitenda, de quibus ipsi scrupuloso dubium supervenit, an ea confessus fuerit, quando mediocri diligentia, eum confessum esse constat. Hoc enim maximè conduit ad obviandum

scrupulis. Hæc & alia reperies, apud Sanchez ubi suprà a num. 81. saluberrima sanè con- filia pro scrupulis vincendis.

## QVÆSTIO VI.

*An qui peccatum, ut dubium confessus est, teneatur, dubio cesseret, ut certum confiteri.*

## S. PRIMVS.

## Authorum sententia.

**D**octores omnes, qui difficultatem istam attigerunt, partem affirmativam tamen quam certam, & fine controversia definiti sunt. Ita Thom. Sanchez in Sum. lib. 7. cap. 10. num. 69. Luis. de Torres de Panit. quæst. 9. art. 2. disp. 29. dub. 6. Diana 3. part. tract. 4. resol. 91. & 4. part. tract. 1. resol. 5. in fine, Gaspar Hurtado disp. 9. de Panit. disp. 7. §. Observandum. Escobar in Sum. tr. 7. ex. 4. cap. 2. num. 112. Averla quæst. 10. sect. 2. §. *Quod si*, Martinon. tom. 3. disp. 50. sect. 8. num. 95. Oviedo 1. 2. tract. 5. controv. 4. part. 7. num. 58. dicens esse omnino certum: & itemum Diana part. 10. tract. 16. resol. 79. Et alii communiter. Secus vero esset, si peccatum confessus fuisset ut certum, & post confessionem dubitarer, an commiscerit, vel an fuisset mortale: quia iterum confiteri, ut dubium, solum deserviret ad se excusandum, & non est materia quam in confessione datur: quia negatio notitia certa non est materia accusationis: sicut neque error commissus in priori confessione, cum in eo non interveniret peccatum. Idemque, propter eandem rationem, dicendum est de illo, qui dicit in confessione plures actus peccaminosos, quam revera commiserat, ut benè doceat Bonacina disp. 5. de Sacram. quæst. 5. sect. 2. p. 1. num. 3. & Diana 2. part. tract. 3. Misel. resol. 25. cum Megala, & aliis contra Hyrivarnem.

2. Quamvis autem hæc sententia afferent oblicationem iterum confitendi, ut certum peccatum sub dubio ante confessionem, si adeo inter Theologos certa, & licet communis præceptum Ecclesiæ præceptum confessionis sic fuerit expositum, nihilominus tamen Cardin. de Lugo pluribus, & efficacibus rationibus contendit probare contrarium. Concluditque disp. 16. sect. 2. num. 92. \*Aliquos viros doctos id probable judicasse, in quibus Rever. P. Nicolaus Richardus, Sacri Palati Magister, \*Admittit tamen \*s' nolle in hoc puncto aliquid definire, sed securiori patrem confidere. \*Verum Jamline formidine amplectuntur Merolla, & Leander, illi citatus disp. 5. quæst. 27. Martinus de S. Joseph. in Morris' confessor. tom. 1. lib. 1. tract. 8. num. 9. Marcus Vidal in Arca Theol. Moral. tom. 1. tract. de Panit. inquisit. 3. à num. 33. Caramuel in Theol. Moral. libr. 3. disp. 4. num. 539. & iterum in Theol. fund. fol. mibi 699. & putant probabilem Pelizzarius in manuatu Regularium, tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 1. ns. 6. Tamburin. in methodo expedit confession. lib. 2. cap. 1. §. 4. n. 24. Angel. Mat. Very. celli in quæst. mor. tom. 1. tract. 1. quæst. 6. num. 22. & Fr. Joseph Rosell. Carthi. in tract. de deponendo conscientiam in dubio, cap. 19. num. 14. & tenuerit Fr. Sebastianus Sachus in Fastis calo Flor. lib. 1. tract. 4. cap. 3. de conf. dubia, num. 35. R. P. F. Christoph. Delgado in tom. de Panit. cap. 14. dub. 10. Ferrantinus in disp. practicis, q. 78. Tancredi in qq. moral. disp. 6. de Panit. q. 2. fol. 102. & Antonius Perez in manuscripto

de Poenitentia. Et non improbatum putat aem. Bifur de Conscientia, lib. 4. cap. 18. n. 197. Addens, id dicendum, etiam si dubitatio procedat circa species peccati: quod negat Card. Lugo. sed. 14. n. 387. & 388. 3. Inter alia fundamenta, qua pro hac sententia sententia congerit Lugo, Primum, & præsumunt hujusmodi. Qui in confessione se accusavit, dicitur perjuravi decies, plus minusve, ea posset recordari perjurasse duodecies, non teneat iterum confiteri; quia illa verba plus minusve, ea duo propter comprehendunt, ut docent P. Suarez, Vazquez, Coninch, Ledesma, Villalobos, Sotus, & ali. qui citat Lugo suprædict. 2. n. 78. Sed, qui se accusavit, dicens: Perjurasse decies, plus minusve: non confiteri est ut certum undecimum perjurium, sed tantum ut dubium, in modo decimum videtur etiam, ut dubium dixisse per illam particulam minusve. Ergo qui confessus est peccatum ut dubium, non tenetur dubio cessante, iterum ut certum confiteri. Fundatum hoc tanti apud se ponderis esse, inquit Lugo, in infingi aliter nequeat, nisi dicendo, eum, quiescebat perjurasse, decies, plus minusve, si potest recordari fuisse undecies, debere hoc, in certum confiteri: ut affirmat Gaspar Hurtado de Panit. q. 9. diff. 5. Verum alter Hurtado ex Ordine Clericorum Minorum tom. 2. tract. 21. cap. 1. dub. 9. num. 207. argumentum Card. de Lugo citat, dicente in affirmatum. Sed certè ipse omnino jesuus à difficultate discessit; ut legenti constabit. Nullum enim que apparet, (quamvis dicat libri esse evidens) discrimen reddit inter unum, & alterum certum. Quare R. P. Delgadillo ubi supra afferit debet enim defendere quotquot affirment sufficientem, & tunc esse in modum illum confitendi: decies, v.g. plus minusve peccatum commis. \*Quem fert omnes Doctores admittunt; supponentes esse obligacionem confitendi peccata dubia, ac proinde numerum dubium; & tamen à numero postea, ut certo cogito subiciendo excusat. Ex quo ad peccatum singulariter dictum ut dubium, consequentiam urgere, cum Lugo autem.

4. Secundò probat Lugo ratione a priori: quia supra peccatum dubium cadit ab soluto dictum. Secundò enim absolvit ab illo directè sub conditione implicita, si fuerit commissum: ad quid ergo effutum ad judicium deferendum? non ad absolutionem directam, quia jam presentes est ab illo absolvitus, & quidem directè: ergo repugnat, quod continetur absolucionem directam a tali peccato, & quod adhuc sit obligatus illud iterum ad judicium deferre, pro ab solutione obtinenda.

5. Ceterum, si hæc fundamenta aliquid probant, manifestè etiam evincunt, eum, qui de nullo passato dubitans, sub conditione se accusaret, dicens: Decies falsum juravi, sed me accuso de omnibus alijs peccatis falsis, si forte alia commisi. Hinc, inquam, non tenere ultra confiteri, licet postea recordaret, rigores falsum jurasse. Quod mordicus negat Card. de Lugo suprænum. 87. cum communis Theologorum sententia, & merito quidem, (quamvis non recte concedere Vivaldi, apud Dianam 3. p. 112. 4. fol. 94. Quod ipse Diana, neque approbat, neque improbat auctor est; sed viris de eis judicandis reliquit) Sequela probat: nam, qui peccatum ut dubium confessus est; id est, adventus bona certa, non tenetur iterum, ut certum confiteri, ut ait Lugo, quia jam de illo sub conditione liberaverat; quid enim aliud est peccatum sub dubio conservari, quam se de illo accusare sub conditione, si

re commissum. Sed hoc idem contingit in casu, in quo denullo peccato perjurii dubitans, se accusaret, ut suprà: ergo non tenebitur iterum confiteri, licet postea recordetur, vigesies, vel trigesies jurasse.

6. Urgetur primò rætorquendo fundamentum Cardinalis. Ideò supra peccatum dubium cadit directè absolvio, quia Sacerdos sub conditione implicita directè absolvit, ergo suprà illa iuramenta, de quibus pœnitens sub conditione se accusavit, caderet etiam directè absolvio, quia Sacerdos absolvit ab illis directè sub conditione, quod fuerint commissa; ad quid ergo iterum ad judicium sunt deferenda? non ad absolutionem directam, quia jam pœnitens forab illis directè absolvitur, non ut aliam notitiam tribuat confessario, nam quævis notitia debet esse in ordine ad absolutionem, quæ jam non indigeret, cùm sit directè absolvitus: ergo repugnat, quod obtinnet absolutionem directam ab illis iuramentis, & quod adhuc sit obligatus iterum ad judicium deferre pro absolutione obtinendas. Respondeat Lugo; eum, qui non dubitat, nullo modo se accusare de illis iuramentis, sed non satisficit: quia ipsius pœnitens explicitè dicit, se accusare de illis, si forte commiserit. Se autem sub conditione accusare rectè comparatur, cum ignorantia invincibili peccati commis- sis iuxta illud Psalmi: *Ab occultiis meis munda me Domine.*

7. Urgetur secundò, quia eadem materia subjicitur clavibus ab eo, qui dubitat, & ab eo qui non dubitans accusata sub conditione: in utroque enim capitulo potest contingere, ut nullum peccatum committeret: solumque est discrimen, quod in dubitante praecedit dubium de peccato, secus in altero: materia autem, quae subjicitur externe, non est suspensus, nec iudicium, sed objectum illius, scilicet peccatum, de quo sub conditione se accusat. Sed etiam non dubitet, potest sub conditione peccatum clavibus subjicere: ergo utrobius eadem materia, & eodem modo subjicitur: ergo vel in utroque casu cadit directè absolvio suprà illam, vel in neutro.

8. Urgetur tertio, si aliquis de excommunicatio non dubitans, sed ratione solius possibilis in- cursive, poteret ad cautelam absolutionem illius, eti postea certò compireret, prædictam censuram incurrisse, non indigeret novâ absolutione, ut fatetur Lugo, quia nova illa notitia nil aliud esset, quam compervisse, postam fuisse conditionem, sub qua absolvio collata fuerat. Ergo similiter si quis se accusaret sub conditione de peccatis, de quibus nullo modo dubitaret; sed ratione solius possibilis in- cursive, non tenetur certior factus iterum confiteri, quia notitia illa de novo adventens, nil aliud est, quam certò cognovisse postam fuisse conditionem, sub qua absolvio data fuerat.

9. Vedit difficultatem Card. de Lugo, & respondeat, non esse paritatem à possibilite censura ad possibilitem peccati: quia non potest sub conditione collere censuram, non præcedente accusacione; at verò Sacerdos neguit in Sacramento tollere directè peccata, etiam sub conditione, nisi ut iudex, & præcedente accusatione. Ille autem, qui solam proponit peccata, ut possibilia, nullo modo se accusat, ac proinde non subdit ea iudicio, & potesta si Sacerdos: secus qui proponit, ut dubia. Sed contra primum; censura possibilis est materia absolutionis prævenientis à potestate iurisdictionis, licet nulla præcedat dubitatio ex parte pœnitentis absolutionem, quia ad hujus effectum sufficit re ipsa incursum esse, licet de illa non dubitetur, sed possibilis tantum ag-

noscatur. Ergo similiter peccatum possibilium, & subjectum clavibus sub conditione, si forte fuerit commissum, erit de semetipso sufficiens absolutionis prævenientis à Sacerdote, ut judge; licet ex parte pœnitentis nulla dubitatio præcedat, dummodo re ipsa commissum fuerit.

10. Contra secundò, quia de peccatis, de quibus pœnitentis dubius non est, potest in oratione veniam petere sub conditione, si forte commiserit, ut diximus suprà, juxta illud Psalmi 18. *Ab occultiis meis munda me Domine;* quæ ad peccata penitus obliata, & de quibus non dubitacionem quidem aliquam Regius Vates habebat, referenda sunt, juxta communem hujus loci expositionem, & Trid. mentem s. 14. c. 5. Ergo de peccatis, de quibus ne dubius quidem est, potest se accusare sub conditione, si forte commiserit. Ergo sicut à peccatis dubiis, de quibus conditionate se accusavit, absolvitur directè conditionata, ita & à peccatis occultis, de quibus conditionata se accusavit. Confirmatur, quia juxta doctrinam Card. de Lugo quæstione præcedenti adiunctam, eorum potest quis per confessionem in hoc tribunali veniam querere, quorum per contritionem posset si Sacramentum Pœnitentia Institutum non fuisset, sed tunc posset per contritionem veniam querere sub conditione de peccatis penitus obliatis, de quibus nullam haberet dubitacionem. Ergo & modo per confessionem sub conditione potest.

## S. II.

### Vera Sententia.

tr. Propterea hæc, cum communis Theologorum sententia tenendum est, omnia peccata sub dubio, vel sub conditione clavibus subjecta, debere iterum cessante dubio, ut certa confiteri, Ita Doctores citati num. 1. & alii communiter, quæ sequitur Card. de Lugo tomo de Sacram. Penit. l. i. d. p. 2. quam ad purpuram fuisse assump. disp. 16. sect. 2. Ubi postquam fundamenta pro contraria proposuit, concludit, dicens: \* Hæc faciunt pro hac parte, propter quælibet viri doctrii probabile judicarunt, non teneri postea pœnitentem confiteri ut certum, quod prius sub dubio confessus fuerat, prout tunc revera sibi erat. In quibus erat R. P. Nicolaus Ricardus Sacri Palatii Magister, cum quo privatum recte hanc contulit, & ipse privatum etiam respondit, validè probabile sibi videri non adesse talem obligacionem, id quod alii etiam judicarunt. Ceterum, quia in re moraliori est facile recedendum à communis sensu, & quia nullum invenio Scriptorē pro ea parte, &c. nolo ego in hoc pîmè aliquid definire, sed securiore partem consulere. \* Sic eminentissimus, tunc scientia, in cuius verbis ly securiorum non comparative, sed adversative accipio, ut apud Div. Thomam, & ejus discipulos non raro usurpari monet Vincentius Baronius in opere contra Anathæam, pluribus in locis: & argumenta, quæ pro contraria consecuit, disputandi gratia, non proprium sensum aperiendi producunt credam. Hanc igitur communem sententiam amplectitur Card. Lugo ubi se p. 78. & expressius n. 78. dicens (magis quidem consequenter aliis) eum, qui se accusavit: decies plus minusve pejerasse, teneri postea duo alia perjuria confiteri, si certò noscas fuisse duodecim. Quod, ut jam monui, tuerit Gaspar Hurtado num. 3. citatus.

12. Aliorum rationibus omissis, sic ego concludo probabo. Pten tens, ut constat ex Trid. teneatur ea peccata confiteri, quibus Deum suum graviter offendisse meminerit, sed qui peccata sub dubio, vel sub conditione confessus est, non est confessus peccata, quibus Deum suum graviter offendisse meminerit, ergo non fatisficit obligationi praecepti. Hoc argumentum rem evincit, regata obligatione confitendi peccata dubia, ea vero concessa, instaurandum sic: Peccatum revera commissum sequitur per se obligatio, ut tale confitendi, a qua dubium subiungit per accidens partim excusat, sicut oblitio in totum excusat: ergo sicut cessante oblitione, rediret per se integrata obligatio, ita & cessante dubio, in integrum restitueret: ergo reviviscit obligatio confitendi peccatum revera commissum ut pale; obligatio enim ista non fuit extinta, sed suspenso per dubium subsequens: Ergo adveniente postea certa notitia, tenebitur iterum confiteri (sicut ab initio tenebatur) ut directe nunc absolvatur a peccatis absolutis, a quibus directe conditionate absolutus fuerat. Sicut enim adversarii cum communis sententia bene afferunt, neminem ab onere confessionis liberari, ex eo praeceps, quod a peccatis fuerit absolutus: Ita ego ex eadem Theol. sententia affero, neminem ab onere confessionis eximi, ex eo praeceps, quod fuerit directe absolutus, sed ex eo quod directe absolutus; Quod omnes docere tenebantur, ne in Vivaldi opinione omnibus exosam abire cogantur. Quibus ni fallor manifeste occurrit rationi a priori, quam adducit Card. de Lugo.

13. Ex dictis mihi evidens est, verba illa, *plus minusve*, de more addita in confessione, non addi ad subiectum clavis peccatum aliquod peculiare, de quo ptenens dubitat, an committerit. Nam idem Doctores, qui defendant, eum, qui se decies plus minusve perjurasse, confessus est, non teneri, dubio cessante, undecimum perjurium confiteri; mordicus simul defendant, eum, qui peccatum, ut dubium confessus est, teneri dubio cessante, iterum ut certum confiteri. Ergo nullus Theologus accepit illa verba *plus minusve* in sensu, quem Cardin. de Lugo supponit. Nequit igitur ex communis Theologorum sententia fundamentum defum ad singularem contra omnium opinionem firmandum. Qui enim recordaretur decies perjurasse, & dubitaret de aliquo alio perjurio in particulari, non sufficienter se accusaret dicens, decies plus minusve perjurasse, sed teneretur iuxta communem sententiam dicere: decies perjuravi, & de alio perjurio dubito. (Secus in negante obligationem confitendi peccata dubia; in hac enim solum tenetur ad numerum mathematicum, vel moraliter sibi certum) Unde fit dubium designatum per illa verba, *plus minusve*, longe diversum esse ab illo, quod vocare solemus peccatum dubium, vel sub dubio confessum.

14. Explicationis igitur gratia; duplex dubium distingendum est. Primum circa peccatum aliquod in particulari, quod ita memoriam occurrit, ut nequeat Ptenens judicare determinatè, an committerit vel non. Secundum; circa numerum peccatorum in generali, eo quod nequeat ad certum numerum commissa reducere: quod recte contingere potest, (ut experientia testatur) absque dubio occurrente circa substantiam alicuius peccati in particulari. Hinc facile possunt conciliari Doctores, si dixerimus, peccatum dictum, ut dubium, cadente dubio supra substantiam alicuius actus in particu-

lari, debere (juxta omnes Theologos antiquos) sante dubio, ut certum confiteri: secus vero, dubium tantum cadat supra numerum, eo quod nequeat ptenens ad numerum mathematice determinatum reducere. Ratio est, quia obligatio respondi numerum, magnam habet latitudinem, quod dicimus. Hec namque obligatio, juxta communem Theologorum sententiam, solum est ad evitandum numerum mathematicum, vel moraliter determinatum, quod sit per illa verba pauli minusve, ut confessarius verofimiliter percipiat multitudinem peccatorum, & statim ptenens. Ut docet P. Granad. in 3. p. contriv. tract. 9. difficult. 10. n. 1. Fagundez 2. precepto Ecclesie lib. 3. cap. 4. n. 3. Dicte 1. p. tract. 6. refol. 39 & 4. p. tract. 14. refol. 55. Et cum Cardano & Soto, M. P. ad o. de Penit. 9. 4. 5. 7. 1. 6. peccatis dubiis n. 58. fol 33. Et factum Card. Lugo lib. 4. n. 587. & 588. Ubi exprefit cognoscit difficultatem inter dubitationem, qua veritas circa numerum, & qua circa, quam speciem peccati in patre. Cui consentient Leander supra. De hoc igitur dubi cadente tantum supra numerum loquuntur Doctores, dum excusant ab obliigatione iteranda confessionis, eum, qui cum se accusaret, si decies plus minusve perjurasse, recordatur postea fusile dubitum. Sic responderet M. F. Petrus de Tapia etiam in lib. 4. quast. 15. artic. 9. folio mihi 447. apud quem post hoc scripta gratulabundus inveni. Unde ex plura doctrina inestimabili sumitur argumentum ad probandum, peccatum dictum ut dubium, cadente donec supra substantiam actus, non debere, illo confiteri, ut certum confiteri.

### S. III.

#### Dubiolum occurrans.

15. R Ogabis: Quantum se extendat illa verba *plus minusve*? Aliqui putant tantum extendit ad quartam partem summae, cui adiunctione, v. g. dicas: Octo plus minusve, verificatur in f. & in decem. Alii addunt, si quis se accusaret; si decies plus minusve pejerat; si postea recordaretur alicuius, vel quatuor vicibus, non tenerillas confiteri, ita cum Filio, & alii Diana 3. part. 11. 6. 4. 7. & 4. part. tract. 4. refol. 20. Ubi cum Navarro ponit, quod si quis confiteretur centum plus minusve, non amplius teneretur confiteri, licet postea recordaretur, fusile centum, & decem. Ego vero cum Vascen apud Dianam supra, arbitrio prudentis relinquo medium censio, juxta peccatorum summam, cuiuslibet plus minusve, superaddantur: & ita videtur sententia M. Texeda com. 1. lib. 2. tract. 3. contriv. 10. Ubi indistinctum afferit. \* Si postea confessione finita, recordatur illorum peccatorum, qua confessus est, magis esse numerum, non teneri iterum confiteri, quia illa confessio cum sufficienti examine facta, meritis loquendo, comprehendit, & claudit totum patrum numerum, & illa particulariter a penitentia determinatur. & aequivalens omnibus aliis, & per illam confessarius satis devenit in cognitionem status partitentis. \*

16. Imò addit Delgadillo ubi sup. cap. 17. dub. 5. 4. dem prorsus dicendum, licet numerum certum, & determinatum confessus fuisse. v. g. Deus patitur non addendo particulari: *plus minusve*. Quia impetrare, inquit, & interpretativè videtur inclusus (minor

numerus) in quavis confessione: \* sed non acquiesco, quia determinatio illam excludit. Et multo minus opinio Vivaldi in *Candelabro Aureo, de confessione*, tr. 7. §. Sed dixi, fol. 106, afferentes, eum qui confessus fuit, certes plus minusve jurasse, verè satisfisse, nec teneri iterum confiteri, licet postea recordetur fuisse 200. Quod puer etiam probable *Verricelli* tom. 1. quest. mor. tract. 5. q. 6. nu. 23. Verum hæc opinio omnino mibi improbabilis est, inquit, & quam sequitur ipse *Verricelli* tract. 1. quest. 8. dicens illa verba plus minusve addere, quoad confessionem, medierat enim supra summam expressam, ita ut qui confessus est centum plus minusve, non teneatur iterum confiteri, licet reperiat fuisse centum, & quinquaginta. Sed hæc nullam, ut dixi, probabilitatis speciem habent, quia ex communī modo loquendi, particula adjecta longe minorem summam significat, idèquaque major illæ numerus non clauditur mortaliter in illa confessione.

## QVÆSTIO VII.

*Utrum sit obligatio confitendi lethalia in confessione oblita?*

§. PRIMUS.

*Singularis sententia refertur, & regitur.*

1. *R*em hanc in dubium revocant, paucis ab hinc annis, recentiores nonnulli, adulterantes Concilii Trident. Sanctiones, & Theologorum sententias. Quam propterea in disputacionem adducere opere precium duxi, ut Recentiorum fundamentis explosis, veritas, me judice, ad fidem pertinens omnino firma, & inconclusa maneat.

2. Igitur doctissimus Leander à Murcia ex Capucinorum Ordine; apud quem primò in controversiam rem istam deducet & typis datam invenio; lib. 2. *disq. moral.* in 1. 2. D. Thom. disp. 4. resol. 25: nonnullus superproposito nomine referens afferentes, neminem teneri confitendi peccata lethalia, quæ ex inadver- tita, seu obliuione in confessione sacramentali omisi. Cuius delitii fundamenta per extensum ipse proponit, & argumenta communis sententia in contradictione dissolvit: & quamvis singularem recentiorum ipse non sequatur; sic illam recitat nu. 9. \* De hac opinione vidi ego, dum essef Neapolitani tractatum integrum à quodam docto Religioso nostri Ordinis, cui subscripterunt plures quam duodecim viri doctissimi ejusdem Civitatis, & Regni Neapolitanii, quorum subscriptiones ego vidi, & postea dum Romæ esse, alias ut doctus de ea me consultuit, ipsam que tanquam verissimam tuebatur. Sic refert Leander à Murcia: Sed tamen ipse, & merito contracludit, dicens: \* Sed his non obstantibus, hæc opinio nullatenus suscineri, aut defendi potest in praxi; tum quia nova, & à nemine huc usque in luce edita, tum quia contrarium tanquam certum docet communis opinio; tum quia eadem communis tutio omnino est, & totius Ecclesie praxi confirmata: tum quia hac opinio ex aliqui parte (nemp quoad confessionem obstante communem præmittendam) expungimanda est à sancta Inquisitione, cu-

lus judicio in rebus fidei, & morum standum est contrariis non obstantibus quibuscumque. \* Hactenus Leander. Apud quem nolle ad eò benignam censuram invenisse, cum non solum improbabilis sit, & ut minimum scandalosa (& novissime, ut talis damnata à Sanctissimo nostro Alexandro VII. die 24. Septemb. anno Domini 1655.) sed, ut ego opinor, erronea.

3. Movere communis Catholicorum sensu in Trident. expresso sess. 14. cap. 5. ubi ad eò aperte verbis proponitur, ut mirum sit in mentem viri docti contrariam venire potuisse. Expende Concilii verba definitis. \* Institutam esse à Domino integrum peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis, jure Divino necessariam esse. \* Et infra. \* Cum universa mortalia, etiam cogitationis, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, necessum est omnium etiam veniam, cum aperita, & verecunda confessione à Deo quætere. \* Et infra can. 8. \* Si quis dixerit confessionem omnium peccatorum, quamlibet Ecclesia servat, esse impossibilem, aut traditionem humanam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus fidèles, anathema sit. \* Hactenus in Tridentino.

4. Ex quibus sic argumentor. Omnes Christi fideles tenentur omnia mortalia commissa confiteri; sed qui in aliis confessionibus oblitus est peccati, cuius modis memoriam habet, non est confessus omnium mortalia commissa, ergo tenetur ea, quæ non est confessus, cum eorum memoriam habeat, confiteri. Hæc est conclusio Theologica, ex majori de fide, & ex minori lumine naturæ nota. Est ergo certum teneri confiteri, non minus quam eum, qui debet tenetur, sed ex obliuione quinquaginta tantum solvit; teneri postea memorem ad alia quinquaginta solvenda. Preimo sic: de fide est, omnes Christi fideles teneri ad omnium peccatorum confessionem, quamlibet Ecclesia servat: \* Sed confessio omnium peccatorum, quamlibet Ecclesia servat, est, ut oblitera, cum in memoriam venient, omnes confiteantur, ergo de fide est, oblitera confitenda, cum in memoriam venient, Res ad eò clara est, & fidei principiis innixa; imò & in definitis expressa, ut me judice, à nullo verè Catholicis in dubium verti possit.

§. II.

*Enervantur contrarie sententiae fundamenta.*

5. *S*ed, ut dogma istud magis innoteat, diluam sophismata, quibus recentiores, à Leandro in memorati, in illius eroton ducti fuerunt. Primum efformant ex verbis Tridentini sess. 14. citata cap. 5: afferentes à penitentibus nil aliud exigunt, quam omnia peccata mortalia; quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenserit. \* Quod iterum Concilium exprimit ibidem, dicit ait. \* Constat nil aliud à penitentibus exigunt, quam ut postquam quisque diligenter sibi excusaret, & conscientia sua sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit. Ex quibus sic ad veritatem male inferunt: Ergo Concilium docet, penitentes non debere confiteri illa peccata, quorum post diligentem sui excusationem, conscientiam non habent; seu quibus non meminerint.

terint Deum suum graviter offendisse. Futilis illatio, & viro Theologo, imo & Catholicis indigna. Distinguo consequens: non debere confiteri, dum conscientiam, seu memoriam illorum non habent, concedo: quando illam habuerint, nego. Et haec est Catholicorum omnium intelligentia, quia p̄enitens, cū postea recordatur lethalis non confessi, urgente p̄cepto annualis confessionis, verē habet conscientiam lethalis commissi, & non confessi, & verē meminit eo peccato Deum suum graviter offendisse, & nunquam in confessione recensuſſe, nec illius ventam cum aperta, & verecunda confessione à Deo quæſiſſe. Ergo cū de fide sit debere confiteri omnia mortalia, quorum conscientiam habeat, & omnium veniam cum aperta, & verecunda confessione à Deo quærere, de fide etiam est, teneri postea peccatum oblitum, cū memoria occurrit, confiteri. Confirmatur: quia, ut omnes etiam adversarii concedant, & salvā fidei inſiciori non possunt; p̄enitens tenetur peccata alia, ex justa cauſa in confessione omisſa, ex cefſante, confiteri, ergo & oblitia, cefſante obliuione, quia eadem est utriusque ratio.

6. Instant adversarii, diversam esse rationem de peccatis oblitis, ac de aliis, quæ ex iusta causa p̄enitens non est confessus, quia Concilium de oblitis loquens, sic ait. \* Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitantur non occurunt, in universum eadem confessione inclusa intelliguntur. \* Id est inquietunt ipsi pro confessis habentur, ergo cū confessi intelligantur peccata, quæ memoria diligenter cogitantur non occurunt, non tenebunt postea, et si memoria occurrit, confiteri. Quod indē (subiectum) magis suaderi videtur, quia Concilium ibi non loquitur de absolutione indirecta, & remissione peccatorum, sed de obligatione confitendi peccata, & de peccatis, quæ quilibet fidelis tenetur confiteri: Ergo ex verbis Concilii, inquietunt, aperte colligitur, non esse ulterius obligationem confitendi ea lethalia, quæ ex obliuione omisſa fuerunt. De aliis verò, quæ ex cauſa, p̄enitens memoriam habens non est confessus, nil determinat Concilium.

7. Respondeo primò, non magis certum esse, quod peccata ex obliuione, quam quæcumque alia, ex iusta causa excusant ab integratitudini materiali confessionis, omisſa, in eadem etiam inclusa intelliguntur. Et tamen fide sanctum est, manere obligationem ista confitendi, quando urgente p̄cepto confessionis, cauſa faciēti cefſaverit, et quod p̄ceptum est confitendi omnia mortalia. Ergo, & illa.

8. Respondeo secundò: Definitionem Concilii procedere contra Hæreticos imp̄ie afferentes confessionem, ut ab Ecclesia p̄ceptam, impossibilem esse, & conscientiarum carnificinam. Quod hoc argumento suadere tentarunt. Ad remissionem peccatorum necessariam est omnia lethalia confiteri: hoc autem impossibile est illi, qui omnium non recordatur; deinde ei, qui aliquid confiteri omisit, nullum remittitur, ergo hoc p̄ceptum (garribant Hæretici) est de re impossibili, & conscientiarum carnificina. Hanc igitur hærem, ut extirpare Concilium, duo definit. Primò: p̄ceptum non obligare, nisi ad confessionem peccatorum, quæ memoria occurrit, atque ad eō non esse de re impossibili. Secundò, ad remissionem peccatorum virtute clavium obtinendam, non illa necessariam eorum, quorum qu's, post diligenter sui excusationem, non

recordatur, confessionem, atque ad eō non efficiunt scientiarum carnificinam. Falsum enim prout nullum remitti, quando ex cauſa, aliquo in confessione omittitur, nam per gratiam Sacrae euangelicae virtutis absolutionis obtentam, omnia mortalia, etiam oblitia, aut ex justa cauſa omisſa remittuntur, ut p̄ceptum cum quilibet incomp̄ibilem, id est, omnia in eadem confessione quod effectum confessionis, inclusa intelliguntur. Hoc est, quod inter Concilium statuere, non quod ulterius confitendi obligatio illa confitendi, licet in memoriis remittant, quia de hoc non erat controversia: Verba Concilii sunt: \* sed imp̄iū est, confessionem, qualiter fieri p̄cipit, impossibilem dicit, ut carnificinam illam conscientiarum appellare: (at tende causalem) constat enim, ut aliudque Ecclesiæ p̄enitentibus exigi, quam ut postquam quaque diligenter se excuserit, &c. ea peccata confiteri, quibus Dominum, & Deum suum graviter offendisse meminerit: reliqua autem, quæ diligenter cogitantur non occurunt, in universum in eadem confessione inclusa esse intelligantur. \* En aperte Concilium ad eliminandam hærem afferentem confessionem, ut ab Ecclesia p̄ceptam, esse impossibilem, & nullum peccatum remitti, si aliquis memoria non habetur, id est de oblitis specie, item monem instituit, ejus tam in ratio, de aliis et iusta causa omisſis, æque procedit: alia in obliuione Hæreticorum urget. Possent enim instaurare in hunc modum. Id possumus, quod possumus, ergo qui ex cauſa aliqua nequit confiteri aliquid peccarum, nequibit omnia quælibet, & per consequens omnia irremissa mandebit. Ita recrudeſcit hæreticorum argumentum, quo confessionem de re impossibile est, & confessionem potius dilacerare, quam sanare blaterabant. Enī proſrus inconveniens sequitur, si peccata, brevi obliuione, sive ex iusta cauſa in confessione omisſa, a eadem non intelligantur inclusa. Ergo licet Concilium de oblitis tantum mentionem fecerit, eo quod Hæretici hæc solum peccata in exemplum addabant, de omnibus quæ definiti procedit, dum declarat, jure Divino integrum omnium peccatorum confessionem necessariam esse, & omnes fidei tenetori ad omnia mortalia, quemadmodum Ecclesia fert confessionem. Ex quibus aperte confat, Recensit sententiam, nullum ab auctoritate Tridentinæ habere p̄ceptum.

9. Nec à ratione ullum habet, quia ejus p̄ceptum p̄cipuum fundamentum deflunt ex opere adstruente, peccata in confessione oblitia, virtute absolutionis collata, manere dñe & ab oblitera: quia novissime tunc Leander à Murcia in suo eruditissime p̄cepto Disquisit. Moral. lib. 2. diff. 3. solut. 365. Verum unum Leandrum illam tunc distimo, quia apud alium non inventi; Doctore cum quos ipse pro se adducit, eam non docent, id vel contraria, vel longe diversam, ut collatis locis demonstrabo.

(†)

## §. III.

Fundamentum ab auctoritate petitum, pro  
absolutione directa oblitorum, aper-  
tissime e-velitur.

10. Pro singulari hac sententia refert Leander ubi  
supr̄ Pat. Henriquez lib. 1. de Penitent. capit.  
13. numer. 8. Sed falso: quia Pat. Henriquez in hoc  
loco de peccatis oblitis idem eos est, ac de alijs, que  
ex justa causa in confessione, aut ab inferiore Sa-  
cerdote, non habente jurisdictionem absolvuntur;  
quorum absolutionem exp̄s̄ dicit esse indirecta,  
et quod tam hæc, quam oblitis remittantur ratione  
absolutionis aliorum, securitate gratis intuītu con-  
fessionis illorum collata, quæ cum omnibus incom-  
plicatis est. Et idem celante causa, tradit exp̄s̄,  
omnia debere in confessione explicari. \* Absolu-  
tio, inquit, non solum peccata, quæ quis exp̄s̄  
confitetur rollit, sed ea, quorum post diligens con-  
scientiam examen, homo oblitus est, vel quæ, causa  
excusante, sicut, ut ne proximum infamet & tamen  
pot. à cū oblitorum sit memor, aut cum cessa-  
caut, confitenda sunt. Secundò quandoque pec-  
cata quæ superiori reservantur, absolvit, urgen-  
te causa inferior, cum aliis indirecte, ita tamen,  
ut supervenient Prælato sint confitenda, ut di-  
recte absolvantur, inf̄ lib. 3. capit. 15. \* Hæc ibi,  
Cap. autem 15. citato, quo se remittit, sic scribit.  
\* Referatis potest interdum confessarius exposi-  
tus absolvere indirecte, si modò confiteatur huic  
omnia peccata, teneruntamen sic absolvitus statim  
presentari Superiori, & jure Divino tenetur huic, aut  
ei commiserit, iterum confiteri reservata, ut ab  
illis directe absolvatur, nec enim potuit inferior ab-  
solvere, nisi indirecte cum tali onere. \*

11. Ex quibus sic conficio argumentum. Hen-  
riquez primo loco supr̄ citato, solum dicit ab-  
solutionem tollere etiam peccata oblitera, & ea quæ  
homo ex causa sicut. Sed hæc non tollit directe,  
ergo neque illa. In secundo vero loco, ( & etiam in primo ) ubi de reservatis inferiori Sacerdo-  
ti confessi loquitur, exp̄s̄ dicit, illa absolvit  
indirecte, ergo ex verbis Pat. Henriquez, nullum  
per absolutione directa oblitorum fundamentum  
defini potest. Imò addo absolutionem indirecte  
ex illis aperte convinci. Nam si quis con-  
fiteretur Sacerdoti inferiori bonâ fide lethala non  
reservata, & simul reservata aliqua, quæ memo-  
ri occurserint, omisssallis ex obliteratione, non a-  
lliter, nec magis ab oblitis reservatis absolvitus ma-  
neret, quam a reservatis, quæ confessus fuit: sed  
ab his, dicit Henriquez, absolvit indirecte, ergo  
& ab alijs quorum fuit oblitus. Consequenter  
est evidens, quia imperceptibile est, quod ab soluto  
cada directe super reservata oblitera, & indirecte su-  
per exp̄s̄.

12. Adducit secundò Leander pro absolutione  
directa oblitorum eundem Pater Henr̄ quez libr. 3.  
capit. 16. & plures ab hoc Doctore ibidem citatos  
verba Leander sunt \* verum Navarrus, Paludanus,  
Gabriel, Adrianus, Canus, Ledelma, Angles, An-  
tonius, Sylvester, Armilla, Angelus, Getson,  
Covarrub, Corduba, Penna, Gallo, Guevara, Ro-  
sella, Manuel, Rodriguez, quos refert, citat, &

sequitur Henriquez de Sacrament. Penitent. lib. 3.  
capit. 16. numer. & ibi in Comment. libr. D. docent  
absolutionem ab oblitis esse directam, & peccata ipsa  
oblitia, directe sūisse clavibus subiecta. \* Hæc Leander. Sed ejus venia, neque hoc ibi tradit Henr̄ quez, neque author ullus ex ciratis, sed illos pro  
longè diversa opinione refert. Pro illa nimirum,  
quæ communiter docent Doctores, scilicet, eum  
qui tempore jubilæi confitetur Superiori, ( seu al-  
teri habent facultatem absolvendi ) ipso facto ab  
excommunicatione, & à reservatione liberum ma-  
nere, quamvis confessionem invalidam fecerit ex  
defectu doloris, vel integratiss; quæ à predictis  
excommunicationis, & reservationis pénis directe  
absolvitur à confessario habente jurisdictionem, eis  
à peccatis tam confessis, quam oblitis, nec directe,  
nec indirecte maneat absolvitus, cūm fuerit invali-  
da confessio. En Pat. Henriquez verba loco, & capi-  
t. à Leandro citatis. \* Durante Jubilæi tempore,  
si quis animum habeat præstandi, & supplendi ne-  
cessaria, licet in contritè, vel etiam dimidiatè, præ  
pudore, à principio confiteatur, absolvetur di-  
recte ab excommunicatione, & à reservatione pec-  
cati etiam oblitus. \* Hæc Henriquez, qui pro hac o-  
pinione in Gloss. lib. D. refert Authores, quos recen-  
set Leander ubi supr̄: nullus verò dicit penitentem  
manere directe absolvutum à peccatis oblitis;  
imò neque à confessis, ( si confessio, ut ponimus,  
invalida fuit ) sed solum à pénis excommunicationis  
& reservationis, quia has intendit confessarius  
tollere; vult enim in quantum potest eum liberum  
relinquere ab excommunicatione, & ab onere com-  
parandi certainam Superiori, ut possit confessario in-  
feriori peccata, usque ad illud tempus commissa  
confiteri. Et hoc præstat absolvit illa, licet confes-  
sio sit invalida, & per consequens, nec directe,  
nec indirecte fuerit à peccatis absolvitus. Nullibi  
ergò docet Henriquez, quod peccata in confessione  
oblitia directe absolvantur, necad tam singularem o-  
pinionem ei attribuendam, ullum fundamentum  
præbuit.

13. Adducit insuper Leander pro hac op-  
pinione Joannem Valerum in Different. utriusque  
for. verbo, Nullitas, different. 5. & quoad speciem,  
& corticem verborum, bene quidem, quia in ed-  
itione, quæ communiter præ manibus habe-  
tur, sicut. \* Ego puto probabile esse, talia pecca-  
ta oblitera, ( cum jam sint directe absoluta in pri-  
ma confessione ) posse postea absolvit à quocumque  
etiam non exposito, seu approbato. \* Hæc  
Valerus. Quibus verbis ( ait Leander ) dicit  
esse probabilem, & ut talem amplectitur opinio-  
nem afferentem peccata oblitera manere directe ab-  
soluta in prima aliorum confessione. Verum Joannes  
Valerus ibi de hac te non agit, sed quæ si non  
aliam longè diversam exigit; an scilicet  
Sacerdos non approbat, sicut potest absolvere à  
venialibus, posse etiam à mortalibus in confes-  
sione oblitis. \* Et partem affirmativam dicit esse  
probabilem, cuius rationem oblitera, in parentesi  
positus, dicens: \* Cum jam sint directe absoluta  
in prima confessione. \* Sed quidem, ut benedictus  
Thomas Hurtado tom. 2. variar. resolut. tractat.  
12. capit. 1. dubit. 6. numer. 2081. \* Forsan voluit  
dicere indirecte. \* Quod ego omnino certum pu-  
to, quia incredibile est, quod tam singularem  
doctrinam, quia non indigebat, ad suam conclu-  
sionem, & quam nullus usque ad hæc tempora  
in dis-

in disputationem adduxit, ut principium inconcūsum supponeret, ut indē, quam intēdebat opinōnem probabilem esse, suaderet. Quapropter dicendum est per errorem Typographi, vel Amanuensis scriptum fuisse Ly \* directē \* pro indirectē. Quod in originali author habebat. Et idē pro hac parte citat Valerum Machad, tom. I. lib. I. part. I. tract. 2. diff. 3. numer. 4. \* Es tambien, inquit, muy probable, que no solamente de los pecados veniales, y mortales ya confessados, sino de los mortales olvidados en otras confesiones, puede absolver qualquiera simple Sacerdote, porque semejantes pecados (attende) estan indirectamente absueltos en las demas confesiones ( & in margine ) tenet Valerus in different. utr. fori, verb. nullitas, diff. 5. numer. 3. \* Hac Machado, qui ut patet pro absolutione indirectē oblitorum refert Valerum, & in ea uterque suam opinionem fundat, unde constat malē pro parte contraria à Leandro de Murcia referri ubi suprā, resol. 28. cum potius Typographi errorē advertere, quād illo ad suam causam abutu, debūsset.

14. Denique ad hominem contra Leandrum ex ipsius principis demonstrō, peccata in confessione oblitera non manere directē absoluta. Ipse enim in eodem opere Disquis. Moral. lib. I. disp. univ. resol. 9. numer. 11. ad probandum peccata sub dubio confessa, debere iterum, cum memorie, ut certa occurrant, in confessione, ut talia explicari, eo ntitur, quod non fuerint directē absoluta: Sic enim arguit. \* Si simus cum certo peccato, illud dubium, & incertum confiteatur, (attende) jam directē non absolvitur ab illo penitentis, sed indirectē ratione peccati certi, quod confessus est, & idē illud peccatum non est directē subjectum clavibus Ecclesiæ: \* Sicille. In quibus duo expendo. Primo, quod in hoc loco pro eodem videtur usurpare peccatum esse directē absolutum, ac non esse obligationem iterum confitendi, cum tamen aliquid totus sit in probando, peccata oblitera esse directē absoluta: unde horribilis illa consequentia, scilicet, non esse obligationem confitendi peccata oblitera (quam ipse non admittit) evidenter deducitur. Secundō, quod peccata sub dubio confessa, non non absolvitur ab illis penitentis, sed indirectē ratione peccati certi, quod confessus est. \* Recognosce tuam consequentiam.

#### §. IV.

##### Objectionibus fit satis.

15. Objicit Leander: Intentio Sacerdotis est absolvere ab omnibus peccatis in seipsis, & verba absolutionis: *Absolvo te a peccatis tuis*, extenduntur ad oblitera, & directē in illa tendunt, quia indefinita propositione, sumitur pro universalis, ac proinde aequivaler huic: *Absolvo te ab omnibus peccatis tuis*. Ergo peccata oblitera manent directē absoluta. Respondeo primō retorquendo argumentum; in peccatis sub dubio confessis, quia tamen ipse Leander concedit, non manere directē absoluta, ut nuper vidimus. Deinde in peccatis, quae ex justa causa in con-

fessione omittuntur, quae non manere directē absoluta inconcūsum est: apud omnes, ergo vel absorptionis, licet indefinitam propositionem, & universalis aequivalentem constituant, non repudiat directē omnia peccata, sed ea solū, quae clavis subsciuntur. Ergo non extenduntur directē ad oblitera, nec in illa directē tendunt. Quid ad hæc?

16. Respondeo secundō: de ratione judicis, quod causā cognitā à legitimo judice sententiā proferatur, & idē peccatum illa directē solutum, duo necessariō importat, & quod fuit clavibus subjectum; & quod confessarius habuerit jurisdictionem ad absolvendum ab illa. Unde quovis deficiente, dicitur indirectē obliteri. Arque adē quoties ex obliuione, vel ex causa peccata aliquod mortale in confessione omittitur, vel licet exprimatur, non habet confessarius jurisdictionem ad absolvendum ab illa, sed ab aliis, quae simul penitentis confitentur; in tali casu peccata oblitera, vel ex justa causa omisita, vel non habent jurisdictionem confessari, absolvuntur indirectē, quia remittuntur minime confessionis aliorum, quae penitentis constitutur, & ad quae jurisdictione Sacerdotis extenditur. Ex quibus aperie colligitur, absolutionem esse directam, vel indirectam, non dependere ei intentione Sacerdotis, sed ex jurisdictione citate peccata subiecta, & ex confessione peccatorum, quae illo absolvenda proponuntur: hæc enim tantummodo absolvuntur directē, reliqua vero sicut remittunt ratione aliorum, nempe ratione gratia in omnibus absolutionis aliorum collata, ut potest cum omnibus incompatibilis; ita & ratione aliorum absolvitur; atque adeo indirectē.

17. En, amice Lector, omnino ditta fundamenta, quibus Recentiores illi præcepit numeri, ad asserendum non esse obligationem constendi peccata oblitera, quae si quid probaret, plenē evincerent, nec esse obligationem confitendi peccata, quae ex justa causa in confessione fuerint omisita: quæ enim omnia remissa manent, & indirectē absoluta. Unde huius principio nemo iniurias possit ad tollendam obligationem confitendi peccata oblitera.

18. Addo nec sufficere illa constituti Sacerdotum non approbato ( quidquid dixerint Valerus, & Machado sive Delgadillo de Penitent. cap. 19. lib. 13. numer. 41. & alii ) quia absolutione indirecte minuit obligacionem penitentis, nec via refectionis; alias, & cumque peccata lethalia, etiam mortalia, ex obliuione omisita, aut ex causa legitima, posse sent postea à simplici Sacerdote absolvī, quod evidenter falsum est, & quod non fallit, Authorum citare devorare non audebunt. Ergo peccata esse indirectē absoluta, non efficit, quod possint deinceps non habente jurisdictionem, seu à simplici Sacerdote absolvī. Et ratio est, quia dum manent materia necessaria confessionis, necessariō requiriuntur absolutionem approbatio, & jurisdictione in confessione, ut constat ex Trident. sess. 14. cap. 7. Atque peccata indirectē absoluta, semper manent materia necessaria confessionis, cum sit obligatio sub lethali ea confitendi, ut fide sanctum est, ergo Sacerdos simpliciter non approbatus ab Ordinario, & non habens in talia peccata jurisdictionem, nequirit ab illis absolvere.

19. Quanta autem certitudine hoc tenendum sit legi Tridentin. ubi suprā sic decernens, \* Persuasum semper

semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus haec confirmat, nullus momenti abolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profect, in quem ordinariam, aut sub delegatam non habet jurisdictionem. \* Vide etiam *sess. 23. capit. 15. de reformatione*. Ubi: \* Decretum sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nisi aut parochiale Beneficium, aut ab Episcopis approbationem obtineat. \* Quia directe comprehendere omnes confessiones mortalium, quæ materia necessaria confessionis sunt, seu omnia mortalia ex oblatione confitenda, universa Ecclesia semper intellecta. Ideo cum nullum sit fundamentum ad excipiendam confessionem peccati oblitii, potius quam aliorum, quæ ex iusta causa fuerunt omis-  
ta, aut qua Sacerdoti non habent jurisdictionem confessio sunt (similiter cum aliis non reservatis) cum omnia directe absoluta sint, nequit probabilitatem ullam sortiri opinio Joannis Valeri pro peccatis oblitis. Et me justice, aut de oblitis negandum, aut pro omnibus directe absolutionis concedendum. Nam ubi est eadem formalis ratio, idem formaliter concedere necessum est: ergo si mortalia oblitia, quia directe sunt absoluta, possunt deinceps à simplici Sacerdote non approbato, & non habente in illa jurisdictionem, directe absolviri, reliquæ etiam ex iusta causa omis-  
ta propter eandem rationem ab eodem Sacerdote absolviri poterunt. Quod concedere nefas est. Quapropter fatendum est, ex absolutione indirecta non posse concludi pro valore absolutionis lethali à simplici Sacerdote collata, ut male cum Valero Doctores citati intulerunt.

## S. V.

## Consecrarium.

20. **A** N vero ex absolutione directa alicujus peccati, recte deducatur non esse obligationem illud confitendi: Magis controversum est. Video plures Doctores legitimam consequentiam existimare, cui principio innixi docent, eum qui sub dubio aliquod peccatum confessus est, non teneri potest dubio cessante, ut certum confiteri, quia jam est ab illo directe absolutus. Pro qua adduximus supra *quæst. 6. Pellizariu*, *Tamburinu*, *Metoliam*, *Leandrum à Sacramentu*, *Martinu à S. Josephu*, *Marcu Vidal*, *Caramuelu*, *Verticelli*, *Kotellam*, *Sebastianu Sachum*, *Christophoru*, *Delgadillo*, & *Ferrantinu*. Qui omnes, velut tueruntur, vel saltem probabile dicunt. Quod suo calculo firmarunt recentiores, quos suppresso nomine refert *Leander à Murcia*, dum hoc principio, (licet falso applicato) probare contentant, non esse obligationem confitendi peccata obliterata.

21. **C**eterum ego præfatum principium non quæ probavi, & contra illud multis egi, ubi supra. Et clare determinati oppositum in *Concilio sess. 14. capit. 5.* dicit *Thom. Hurtado tom. 2. tract. 12. capit. 1. n. 2091*. Quod licet ab auctoritate clarum non sit, à ratione tamen sic ostendo. Si quis in casu urgentissime necessitatis, in qua ex causa, nec species, nec numerum peccatorum confiteri posset, le in genere accusatus, dicens: peccasse mortaliter, posset a confessario absolviri, ut docent

communiter Theologi, & ab omnibus lethaliibus, maneret in talis casu absolitus, & ab omnibus directe, quia absolvit indirecte ab aliquo peccato non contingit, nisi aliud sit, à quo directe absolvatur, ratione cujus ab alio dicitur indirecte absolvit. In praefato autem casu, cum nullum in particulari sub-  
sidiatur clavibus, sed omnia æqualiter, & confusæ, omnia æqualiter absolvuntur, ac proinde omnia directe: nam cum non absolvatur unum, ratione alterius, nec sit major ratio, ut absolutione cadat directe super unum, quam supra aliud, omnia directe absolvit, & remitti dicendum erit: & tamen, quia non sunt explicite dicta in confessione, manet obligatio postea confitendi, ergo quod peccata sint directe absoluta, non infert, non debete iterum in confessione explicari.

22. **A**nde concluditur, quod licet daremus adversariis, peccata obliterata manere directe absoluta in prima confessione, non idem cogemus concedere, non esse obligationem illa confitendi, dum memoria occurrit: Sicut nec concedit *Leander à Murcia* ubi supra, sed absolutionem directam admittens, obligationem confitendi non negat, judicans & merito, consequentiam non esse legitimam, ab affirmata absolutione directa, ad negatam obligationem confitendi. Qui vero contra fenserint, nullatenus admittere poterunt peccata obliterata (sicut nec *Leander à Murcia* ex iusta causa omis-  
ta manere directe absoluta, ut post principium, ex quo improbabilis scandalosa, in & erronea consequentia deducitur).

23. **D**ices: Si peccata essent directe absoluta, & remissa in præcedenti confessione, ad quid essent iterum confitendi? Non ad absolutionem directam, quia supponimus fuisse directe absoluta non ut presentis de confessarii notitia peccati, quia talis notitia debet esse in ordine ad absolutionem, qui jam non indigeret, cum sit directe absolutus, ergo repugnat, quod quis obtinuerit absolutionem directam alicujus peccati, & quod teneatur ad judicium illud deferre. Respondeat *Magist. Paulus de Blanchis* *Dominicanus in discept. casuum conscientia* *disput. 4. in litt. C. casu 5. dub. 2. fol. 226. 5. Theologus.* Quod pœnitens tenetur confiteri obliterata, dum in memoriam venerint, ut Sacerdos pro illis assignate possit pœnitentiam satisfactoriam, & de novo ab illis absolvat, ut tuor sit in conscientia. \* Sed contra, primò, quia pœnitens (ut hic Author tradit *ibidem*, fol. 223. § 3. tercia pars *Sacramenti*, & docente doctissimi *Thomistæ*, quos refero in *Opus. pro Iesu*, *tr. de Pœnit. Prop. 5.* (licet ipsis omnino dissidentem) non tenetur acceptare pœnitentiam (saltem sub lethali), ergo ex hoc capite non tenebitur sub lethali ad confitenda obliterata. Contra secundò, quia virtute absolutionis, ex confessione aliorum, tutus omnino est in conscientia, quod remissa sint. Ergo si aliud non sit caput obligationis deferendi ad judicium peccata directe ab soluta, non erit obligatio saltem gravis confitendi obliterata, quod erroneum est.

24. **R**espondeo ergo, dicendum, omnia peccata secundum speciem, & numerum, quibus pœnitens Deum suum graviter offendisse meminere, debere ex præcepto Divino in confessione explicari. Cum autem hunc præcepto non satisficerit, qui peccata, quorum modò meminit, non est confessus; vel quia in prima confessione oblitus fuit, vel quia secundum speciem, & numerum, ex iusta causa, explicare non potuit; sit planum, debere iterum ad

Z judi-

judicium deferre ad implendum præceptum confessionis à Christo Domino fidelibus impositum. \* Qui (ut ait Trident. sess. 14. & 15.) Sacerdotes sui Vicarios relinquunt, tanquam Præsides, & judices, ad quos omnia mortalia criminis deferantur, in qua Christi fideles reciderint, quo pro potestate clavium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat enim Sacerdotes iudicū hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque a qua tam in pœnitis injungendis servare, si in genere dūtarat, & non potius in specie, & sigillatim sua ipsi peccata declararent. \* Itaque præcepto Christi Domini nondum est satis factum, donec super omnia peccata in specie, & sigillatim confessori declarata, ut re vera patrata fuerint, sententia remissionis pronuntiata fuerit, ac proinde non sufficit, quod aliter subjecta, & ad judicium delata directè absolvitur fuerint. Sicut nec sufficeret, quod per Divinam revelationem constaret, si usque remissa, quia sententia sensibilis super illa, ut nuper exposta, ex præcepto Christi Domini desideratur. Quod bene narravit M. Blanchis ubi supr. fol. 273. in fine, casus primi, dicens: \* Datō, quod quis per revelationem haberet certitudinem de sua contritione, scilicet, quod fuerit talis ac rata, ut totam pœnam, ac culpam solverit, vel absulterit, teneat etiam ad ipsam confessionem, ut satisfaciat præcepto Ecclesiæ de confitendo semel in anno, (adde & Christi Domini de omnibus peccatis modo exposito confitendis) alias peccaret contra eale præceptum. \* Hæc est genuina ratio, cur absolutus, etiam directè (prefata confessione cum expressione requi sita non præcedente) præcepto confessionis teneatur. Et quia plenè etiam evincit obligationem confitendi oblati, licet gratis adversari detur, si usque directè absoluta in confessione altorum. Quod fallsum esse ostendimus.

## QVÆSTIO VIII.

*An quis scienter ex verecundia taret  
in confessione peccatum mortale,  
teneatur aliorum confessio-  
nem iterare?*

## S. PRIMUS.

*Quid nonnulli senserint.*

1. **R**Ém hanc in disputationem adduco, quia nonnullos de certitudine communis sententiae affirmati, & dubitantes audiui, eti quorundam Thomistorum principis infra jacientes non leviter ductos. Quālicet deserere non audeat Quintanadvennas tom. 2. Singular. tract. 13. à Singular. 23. usque ad 27. ex modo tamen referendi, in contrariam valde inclinare videtur. Sic enim, inquit, \* ut ingenuus farcar, non levem difficultatem pro utraq; parte inventi, licet semper ditionem viam sequens, hujusmodi confessiones iterari feci. Sed re perpensa, non ex gaudentia fundamenta apparere videntur ad investigationem prædictam confessionem esse validam, informem tamen sine Sacramenti fructu, gratis nempe sanctificante: ac proinde iterationis onere eximi, probabilitate forsitan videri possent pœnitentes, qui ita sunt confessi, &c. \* Sic ille sing. 23. & infra post

rem undique exagitata, singul. 27. num. 6. constat: \* Hæc, & alia, quia brevitas ergo omittit, funda menta, quibus innitit posse videatur, sententia (negativa) illa sapientes arrevent perpendit, discutiantque, an ob hac fundamenta à communis ferre præxi discederet licet. Omnes enim Confessio repeteret adstringunt, licet unum, vel alterum non vulgari in Theologia morali sapientia predicatum al hoc repetitione pœnitentes exonerare audiunt. Illam Doctores hanc questionem ex professo, & expressè exigitantes habentemus, quorundam cito benter ego assentire, sed nullum adiuvare, ac proinde hæc potius proponendo, quam refutando, prodo. Negativa autem, & communis reperto- iusmodi confessiones, adhæreo. \* Sic illi. & fedem illi, quod desiderabat, inventi num. 7. Non partem affirmatiā apud illum tuerit Joannes B. p̄tista Possevius Mantua. Archi presbiter in officio Curati, cap. 7. num. 28. ubi item scribit: \* Quemque an qui verecundia confessionem dimisit, siue quidem malè agere, sed nesciens confessionem non valere, teneatur omnia repeteret, vel sola teneat. Respondeo. Si iste credebat peccatum quidem, sed non mortale, credo, si tunc, si confiteatur sola recta, &c. Deducitur ex Soto, etiam ex Lopez, ab omnibus ignorantiam inculpatam excusare ab integræ confessionis. Posset dicere: Doctores sapientia concedunt talēm ignorantiam excusare, sed non solum posito, cum ite tacens verē sciat mortaliter delinquerē, licet sciens omnilium non teneat confessionem invalidam. Respondeo verē illa- sita; at sicuti primus excusat ignorantiam inculpabilem, & nulla alia ratione, sic, & hic secundum, cum utrumque eadem sit ratio. Positum nam, quod iste faciens verē credit, si non teneat validitatem confessionis peragendam, omnia confessio sub mortalitate, quia si scivisset, integrum omnium peccatorum fecisset. \* Sic Possevius.

2. Cui consentit Fr. Luis de S. Juan in Samma, cui titulus \* Tratado de la administracion de los Sacramentos \* ubi de la Penitencia, num. 52. Ibi enim hanc interrogatuncula facit: Si callo el peccado, sabiendo que hazia mal, mas no sabia, que la confession no era valida, estaria obligado a repetir todas las cosas, que confessó? o solas las que dejo de confesar? \* & num. 53. ratio difficultandi, inquit, est: \* Porque este que calla, sabe verdaderamente, que peca mortalmente, aunque no sepa, que lo quede a de delez, haze que la confession no sea valida. En casum in strictioribus terminis. Responder: item protulit de isto esse judicandum, ac de filio, qui et ignorancia inculpabilis omisssum confiteri, ac proinde non teneri peccata jam dicta repete. Resolucionem: \* Porque asì como al primero el callo la ignorancia inculpable, y no alguna otra razion, o de la misma maniera a este segundo; porque la misma razones del uno, que del otro, como crea veraderamente, no estaria obligado, para hazer que la confession sea valida, a confessar todos suspechos, su peccado mortal; porque si lo supiera, hicinaria confession enteramente de todos los peccados. Sotrez tom. 4. disput. 25. sect. 1. num. 2. Possevius in num. 28. \* Haccecum Fr. Luis de S. Juan: sed nescio, quo fundamento pro hac opinione referat. P. Soto, quia ibi contrariam, & communem expeditum, in d. num. 4. inquit. \* Certum esse, & receptum apud Theologos in eo casu confessionem esse nullam, & per consequens iterandam, prout communiter omnes ex hoc principio deducunt.

3. Faver autem plurimum citatis Ferrantinus de Scandal. disp. 1. quæst. 79. à num. 14. qui licet eam non sequitur, et atquando placuisse significat, dicens: Nunc solum proponam rationes, quibus ante persuasus existimabam, non esse repentandas confessiones sacrilegas. Itaque non esse necessarium, ut signatim, ac speciatim repentant peccata jam dicta (etiam si confessari sit diversus) sed ad summum in communis, explicando tamen in specie, ac numero alia non dicta verbis. Peccari certes mortaliter in specie furti, milies in specie detractionis, & sic de ceteris, quæ non quam dicta fuerint in confessionibus praecedentibus, sive culpabiliter omissa, sive postea commissa. Rursus feci quinque confessiones sacrilegè, & tandem accuso me generaliter de omnibus mortalibus, quæ in hujusmodi confessionibus praecedentibus dixi, vel accuso me de omnibus mortalibus totius vitæ. Sic ille.

4. Cu etiam faver Navar. de Pœnit. disp. 5. cap. Consideret, §. Cautio, ubi ait, nulla ratione necessarii concludi posse, integratatem confessionis esse necessariam omnino ad eum valorem. Et Joannes de Medina Cod. de Confessione, quæst. 8. & nonnulli Catholici, qui utratur Suarez tom. 4 in 3 p. diff. 22. sect. 1. num. 3. assertunt, non posse sufficienti ratione colligi, integratatem formalē confessionis esse de necessitate Sacramenti, seu ad eum valorem requisitam. Nullus vero ex antiquis auctoribus est dicere, confessionem non integrum formaliter esse validam; atque adeo Doctores omnes, si diverso confessario fit, iterandam esse docuerunt, eaque expressione, ac sinunquam ea peccata dicta fuissent in praecedentibus confessionibus sacrilegis. Quibus indubitanter adhære.

## S. II.

## Recentiorum fundamenta.

5. Ceterum, disputandi causa, Recentiorum (quibus ego nunquam assentia) fundamenta producam, ut doctores judicent. Quod, ut felicius præstet: Suppono integratam confessionis aliam esse materialem, quæ in eo consistit, quod omnia lethalia commissa, & clavibus non subjecta, penitentiis constitutur. Ethicæ, ut facient omnes, non requirunt ad valorem confessionis, neque ad eum effectum; quia non raro, aut ex obliuione, aut etiam ex causa rationabili, possunt aliqua scienter omitti, absque præjudicio valoris, & fructus confessionis. Alia vero est integritas formalis, quam omnes Theologi antiqui, & communiter moderni, utriusque daturum usque modò supponebant esse de necessitate Sacramenti, ita ut ea deficiente, confessio non validia, & idem iteranda.

6. Hanc igitur integratatem ad valorem confessionis non requiri, sed solummodo ad eum effectum, pluribus suadere contendunt Recentiores citati. Primo, quia integritas formalis confessionis consistit in eo, quod fiat de omnibus peccatis, quæ mortaliter loquendo, hic, & nunc penitentiis constitutur; sed hæc non requirunt ad valorem confessionis, sed tantum ad eum effectum. Ergo, syllogismus concludit, si præmissæ constitutent. Maiores tueruntur D. Thom. Henriquez, Bellarm. Molseflius, & alii, quos citatos sequitur Leander à Sacram. tom. 1. tract. 5. diff. 5. quæst. 2. & contentus Suarez tom. 4. in 3 p. diff. 2. sect. 4. num. 3. ubi ait: Eam tantum esse

integritatem formalē, in qua homo nil omittit peccando mortaliter, sive scientia, sive ex ignorantia, & negligentia culpabilis, &c. tenent Cajet. Petrus de Soto, Navarr. & Medina. Hæc cum citatis Suarez, & novissimè M. Joann. de Prado in opere posthumo, de Pœnit. quæst. 2. de integr. confes. dub. 3. num. 1. fol. 658. ubi ait, confessionem formaliter integrā, tunc contingere. Quando explicantur omnia quæ mortaliter explicari possunt, quia si aliqua reticeantur, est cum iusta, & rationabili causa. Unde inferrur non esse formaliter integrā confessionem, in qua, non ex obliuione, nec ex aliqua iusta causa, peccatum mortale omittitur.

7. Quorum sententia desumitur ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. Ubi confessionis integratatem (quam ad valorem exigit) in eo consistere dicit, \* quod a penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenteantur. Peccata autem, quæ ex negligentia graviter culpabili omittuntur, non sunt a penitentibus diligenter discussa, & consequenter eorum omissoio necessario integrati formaliter confessionis opponitur. Cujus rationem tradit Vazq. tom. 4. in 3. part. quæst. 92. art. 3. n. 4. & 5. dicens. \* Eratio meo iudicio est manifesta, quia in confessione non integrè facta ex ignorantia culpabili mortaliter, peccatum, quod committitur, ejusdem naturæ est, ac si ex industria fieret, aut ex ignorantia nimis crassa. Peccata enim quorum malitia consummatur in actu, vel omissione exteriori, ejusdem speciei sunt, sive scienter, sive ignoranter fiant, ergo aut neurum viat Sacramentum, & irritat, aut utrumque idem faciet. Sic Vazquez. Cujus principium est latius commune apud Theologos. Quod sustinet Illust. ac Rever. M. Tapia, Archiep. Hispan. in sua doctrinæ Catenæ Mor. lib. 3. quæst. 9. art. 8. dicens: \* Peccatum ex ignorantia vincibili non affectata est ejusdem speciei cum peccato facto ex certa scientia circa idem objectum. Et tenet ante illum, M. Ledesma in Sum. 1. p. de Sacram. Pœnit. cap. 19. concl. 3. & plures apud Salas 1. 2. tract. 13. diff. 8. sect. 4. n. 71. \* Erita generatim, inquit, docent Vazq. Azor, Sayro, Valentia, & alii co- muni. Ex quibus concluditur cum Vazquez supra, aut neurum, aut utrumque peccatum vitare Sacramentum, quia æquè unum, ac alterum integratam formaliter confessionis evertit.

8. Unde si instauratur argumentum. Integritas formalis consistit in eo, quod penitentis nihil omittat in confessione peccando mortaliter, ut ex Trident. & auctoriis citatis probatum manet. Sed omittere in confessione peccatum lethale ex ignorantia graviter culpabili, ac proinde peccando mortaliter, non reddit confessionem invalidam, ut fatentur M. Sylvester. M. Sotus, M. Palud. M. Victoria, M. Ledesma, & alii Thomista, apud Quintanadvennas supra, & apud Leand. à Sacram. quæst. 70 & 75. & cōcedit cum aliis Diana p. 1. tract. 17. resol. 31. Et quod mirabilis, pse M. Prado supra, ubi postquam integratam formalē, ut auctores citati, definit, sic ait: \* Si oblivio, & ignorantia fuerint culpabiles, confessio, erit valida, sed infra mis. Ergo integritas formalis non requiritur ad valorem confessionis, sed solum ad ejus effectum: atque adeo licet non fuerit formaliter integrā, non erit obligatio illam iterandi, sed solum peccatum omissum, & integratis defectum explicandi, sicut de reliquis confessionibus validis, licet in formis, docent communiter Theologi. Hic discursus id facile dissentier M. Prado, quia tomo de Pœnit. citato, quæst. 3. de contrit. dub. 2. fol. 3. fol.

3. fol. 625. n. 24. concedit cum Suarez, & Lugo, quod  
\* obliuio inculpabilis alicuius mortalis non tollit  
formalem integratem confessionis, secus si culpabilis.  
Quae doctrina, inquit, evidens est. \* Sic Prae-  
dicto, licet inconsequenter. Sentit ergo validam esse  
confessionem, et si formaliter non integrum, utrum-  
que locum conferto.

9. Hujus argumenti robur viros doctissimos la-  
tere non potuit, id est que ad illud enervandum, ma-  
jorem prefat syllogismi negant, afferentes integrat-  
em formalem confessionem non esse, quemal-  
prae descripsierunt Doctores citati, sed in eo praecise  
confitentes, quod scienter nullum peccatum omitta-  
tur in confessione, ex illis, quae penitentis confiteri  
tenetur: Hoc gratis dicitur; sed tamen quia falsita-  
tis convincere facile non est, id est secundum argu-  
mentum sic efformo.

10. Concilium Trident. sess. 14. cap. 3. 4. & 5. a quo  
definit, attritionem includentem detestationem de  
peccato commisso, & propositum non peccandi  
de cetero, esse quasi materiam hujus Sacramenti,  
ac integrum peccatorum confessionem, sed confes-  
sio scienter facta, absque praedicta attritione, est va-  
lida, & non iteranda, ergo & scienter facta absque  
praedicta integratatem. Major constat ex Concilio cap.  
3. ib: Sunt autem quasi materiam hujus Sacramenti ipsius  
penitentis actus, nempē contritio, confessio, &c. Et cap.  
4. Contritio, que primum locum inter dictos penitentis  
actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato  
commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Et cap.  
5. Ex institutione Sacramenti Penitentiae, jam explicata,  
universa Ecclesia semper in telexi, institutam eti-  
amēsse à Domino integrum peccatorum confessionem.  
Et definitio Concilii a quo declarata, qualis debeat  
esse contritio, & qualis confessio. Ergo si Sacra-  
mentum posuit validum confitentes; abique contri-  
tione, ut à Concilio explicata, inconsequenter nega-  
bitur validum esse posse, absque formalis integrati-  
tate.

11. Confessionem autem scienter factam absque  
præfata detestatione peccati (cum sola displicentia)  
& absque proposito non peccandi de cetero, vali-  
dam esse, atque adeo non iterandam (si peccator de  
tali defectu doloris, & propositi se accuseret, casu quo  
agnoscatur in hoc mortaliter delinquere) docent Ca-  
jetan. M. Canus, M. Ledesma, Covarr. Thom. Hurtado  
citanus Capreolum, & D. Thom. D. Anton. Pa-  
ludanus, Sylvester, & alii, quos referam in ista dis-  
p. 5. q. 2. Quibus adde M. Paulus de Blanchis ejusdem  
Prædicatorum Ordinis in decept. casuum conscientia,  
disp. 4. in litt. C. casu 5. dubio 1. fol. 221. ubi sic: \* Quartus  
defectus ex parte contritionis est, quando non ha-  
ber dolorum sufficiemtum, & non confitetur talem  
defectum, confessio ex tali fictione est nulla, cum  
non sit integrum; quia insufficientia illa imputatur ad  
peccatum. Si vero confitetur illam, & absolvitur,  
satisfacit præcepto Ecclesia, & non tenetur iterare  
confessionem, nihilominus pro tunc non con-  
sequitur gratiam sacramentalem: sed recedente fi-  
ctione, tunc penitentis incipit accipere fructum ab-  
solutionis. \* Et est expressa sententia D. Thomae in  
4. dis. 21. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. ad 1. ubi hæret: cum,  
quæ confessarius inducere nequit, ut defiat à corrup-  
tione plebis, ac proinde sine dolore, & proposito con-  
fiterentur, validum Sacramentum recipere docet, &  
rationem reddit. \* Sic ut enim (inquit) Baptismus  
est Sacramentum, quamvis quis factus accedat (id  
est, sine dolore, & proposito) ita confessio non de-

sinit esse sacramentalis, quamvis ille, qui confis-  
tetur, emendationem non proponat. Sic D. Thom.  
Quod satis prædixerat dis. 17. quæst. 3. art. 4. quæst. 1.  
corp. ubi ait: \* Confessio etiam potest esse in eo, qui  
non est contritus, &c. & quamvis non proponat  
absolutionis fructum, tamen recedente fictione, pe-  
cipere incipit. \* Cujus verbo ponderans M. Blanchis  
suprà, §. Difficultas fol. 222. sicut: \* Inter Thomam  
est controversia de intelligentia verborum D. Thomae, de illo, qui accedit ad confessionem non au-  
tus, qui pro illo tunc non accipit fructum Sacra-  
menti, accipit tamen recedente fictione, neq; accidit Be-  
ptismu, & in aliis Sacramentis. M. Domini enim debo-  
to dicit, quod Angelicus Docto loquens te-  
dum opinionem communem, quod dictum in sum-  
ma correxit, &c. Capreolum, Cajetan, & alii Thom-  
istæ oppositum tenent: dicunt sententiam vec-  
tiam esse, & quod non esset retractanda, sed data  
manere. \* Sic M. Blanchis pro D. Thom. quicquid  
supra citatis, non solum videtur admittere Sacra-  
mentum Penitentiae, & validum ab ipsius sufficien-  
tia, sed etiam absque illo.

12. Ideo ejus auctoritate ductus Fr. Chil-  
ophorus a S. Josepho tom. 1. opin. moral. 2. 1. de  
cram. Panit. dubio 1. non renuit ad censem, confitentes  
scienter factam absque illo peritos dolos, quibus  
illo, qui bene novit esse lethale, sic accedit, validam  
esse, & non iterandam. Quod probable prout De-  
rand. in 4. dis. 17. quæst. 13. n. 7. & non esse improba-  
le ait R. P. Delgadillo tom. de Panit. cap. 10. num. 44.  
Contentens pro hac sententia a militari Robaldo  
Cajetan. Canum, Ledesmam, & Covarr. & alii po-  
illa citar. Paludanum, D. V. Anton. & Syrol. & qd  
indubitatam D. Thomæ sententiam in 4. dis. 17. quæst.  
3. art. 4. quæst. 1. in corpore 15. illo non iteratam.  
Quibus à fortiori confitentes teneat Major,  
Almainus, & alii, apud Henr. qu. 2. libro dis-  
p. 26. num. 7. in Glos. lit. V. illeret, dolos ab  
esse parrem esse Sacramentum Penitentiae, sed  
requiritur dispositionem ad ejus effectum. Consi-  
tetur integritas formalis confessionis non nega-  
datur à Trident. quam dolor, seu detestatio depo-  
catis, cum proposito non peccandi de cetero, &  
quæ de utraque parte definiat, esse qualis Sacra-  
mentum poenitentiae, ut de concilium in de-  
cratione videtur, ut utramque, aut neutram ele-  
gat, esse parrem esse Sacramentum. Et sicut in ab-  
niente Concilio detestationem peccati conser-  
vum proposito non peccandi, esse qualis Sacra-  
mentum, solum definit (ut exponunt adverbii)  
esse parrem Sacramentum, ut remissivi peccatorum, &  
vero Sacramentum, secundum se considerat, defini-  
te similiiter integrum peccatorum confessionem et  
quasi materiam Sacramenti, tandem proposita ex-  
positionem admittere potest. Aut credas, quod appa-  
rentem disparitatem?

13. Urgetur primò. Quia si ob aliquam rationem  
confessio formaliter integra esset necessaria ad vali-  
dum Sacramenti, maxime, quia ita videtur decrete  
Trident. sess. 14. cap. 5. dum ait: \* Itaque dum omni-  
que humoræ occurunt peccata, Christi fideli con-  
fiteri student, procul dubio omnia divitiae misericordia ignoscenda exponunt. Qui vero fecerint,  
& scienter aliquarecent, nō Divina bonitatem  
Sacerdotem remittendum proponunt. \* Aquisi-  
ba hæc solum evincunt, prædicantem integratam  
esse requisitam ad effectum Sacramenti, non ve-  
ro ad ejus valorem. Ergo. Minorem, in qua tunc est  
difficul-

## S. III.

## Iudicium Auctoris.

difficiles, probo. Primo, quia pœnitens, qui ex ignorantia graviter culpabilis omittit confiteri aliquod lethale, nil divinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponit, & tamen, juxta communem Thomistarum opinionem, confessionem validam, & non iterandam efficit. Secundo, qui scienter confiterit sine sufficienti dolore, & proposito (ut omnes supra citati defendunt) validum etiam Sacramentum efficit, cum tamen nil divinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponat. Ergo verba Concilii non magis cogunt nos asserere confessionem formaliter integrum esse necessariam ad valorem Sacramenti, quam dolorem efficacem, & propositum non peccandi: sed hæc, ut Thomistæ relatuunt, solum requiruntur ad effectum, non ad va-

lorum. Ergo & illa.

14. Ugetur secundo, quia Trident. sess. 14. Can. 4. eodem tenore verborum definit necessitatem doloris, & integratam confessionem, & utriusque solum adiutit in ordine ad remissionem peccatorum. \* Si quis, inquit, negaverit ad integrum, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitentia, quasi materia pœnitentia, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres partes pœnitentia dicuntur, &c. anathema sit. \* Ergo ex hoc Canone inferre licet, dolorem, de quo loquitur Concilium cap. 3. solum esse necessarium ad effectum Sacramenti, non verò ad valorem 3. idem evidenter inferre licebit de integratam confessionem. Cuiusam facit, quod Canone 7. Ubi de sola integratam confessionem instituit, solum definit esse necessarium ad effectum Sacramenti. \* Si quis dixerit in Sacramento Pœnitentia, ad remissionem peccatorum, necessarium non esse iure divino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, anathema sit. Cum ergo nullius definit Concilium integratam confessionem esse necessariam ad valorem Sacramenti, sed ad remissionem peccatorum; & aliunde non magis definit integrum peccatorum confessionem, quam eorum destitutionem & propositum esse partes Sacramenti Pœnitentia; planè deducitur, ex definitis non magis convinci formalem integratam esse de necessitate Sacramenti, quam attritum in includeat detractionem, & propositum.

15. Ugetur tertio. Quia quantum ex Concilio coliguntur, tam requiritur ad Sacramentum Pœnitentia dolor integer peccatorum, qua quis confiterit, quam integra peccatorum confessio; sed qui scienter haberet dolorem unius peccati, & non alterius (si de hoc defectu se accusaret) faceret confessionem validam, & informem, juxta communem Thomistarum sententiam, asserentum ex defectu integratam doloris ad omnia peccata, posse dati Sacramentum validum, & informe, ergo & absque integratam confessionem. Ergo vel

utriusque ad valorem Sacramenti  
requiritur, vel  
neutra.

(\*\*\*)

16. Ideo utramque integratam doloris, scilicet, & confessionis, sicut, & attritionem includeat detestationem, & propositum, esse necessariam ad valorem Sacramenti, semper existimavi, & firmiter nunc reneo. Censeo enī, à principiis intrinsecis non esse magis probabilem opinionem negantem præfata attritionis necessitatem ad valorem Sacramenti, quam quæ integratam formalem confessionis ad ejus valorem necessariam negat. Nam, ut suprà probavi, unam & alteram à quæ definit Concilium esse partem Sacramenti, & utramque ad remissionem peccatorum à quæ necessariam esse sub anathemate decernit. Quapropter de utraq; eodem prorsus modo Theologizandum judico.

17. Addo teneri etiam confessionem iterare, quæ certus de peccato in confessione omisso dubius est, an ex verecundia, an ex iusta causa omisso. Quia revera, dubius est de valore confessionis: atque adeo de adimplectione præcepti. Certus autem de præcepto, & dubius de ejus adimplectione, adimplere tenetur. Quapropter aud. endus non est Carolus de Baucio, qui in Misch. tom. 1. quæs. 474. oppositum videtur asserere, his verbis: \* Salvo meliori iudicio, si post diligens examen pœnitens dubitat, an revera tacuerit peccatum mortale in confessione ex verecundia, assero, quod non tenetur repeterre confessionem illam, in qua dubitavit tacuisse ex verecundia, etiam si magis inclinet, quod non sit confessus, &c. Idem dicendum est, si magis inclinat pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum; nempe non teneri repeterre confessionem, sed tantum confiteri peccatum omisso, de quo est dubius, an aperuerit in confessione, &c. Ita meū sentiunt docti, & pii viri, quibus hunc casum communicavi. \* Hæc Baucus. Sed non placet, propter rationem nuper attractam, quando certus est non fuisse confessum, & dubitat, an ex verecundia, an ex iusta causa omisso.

18. Exditis concluditur, quod siue pœnitens nequit absque iusta causa, tacere in confessione peccatum aliquid lethale, ita nec confessarius potest, nisi omnibus auditis, absolutionem impendere, quia uterque ex præcepto Divino ad confessionem, & absolutionem formaliter integrum tenetur, quæ sicut ex parte pœnitentis exigit, ut omnia, pro quibus tacendis non est causa, recensantur, ita ex parte confessarii, ut omnibus auditis, absolutione largiatur. Unde fit primò, audiendos non esse M. Sot. tūn M. Pauladanum, D. Antoninum, Navarr. M. Ledesm. & alios, apud Dicastillo de Panit. disp. 11. dñs. 18. num. 3. asserentes, superiores, pro suo nutu, posse pœnitentem à soli reteratis sacramentaliter absolvere, & pro absolutione aliorum lethalium ad inferiorum confessarum remittere. Hoc enim, absque urgente causa, propter rationem supra adductam, fieri non potest, ut bene docet M. Paulus de Blanchis Dominicus in disceptat. casum conscientie, disc. 4. disput. 4. in lit. C. fol. 179. & communiter Theologi; quia si pro libito confessarii, dimidiari posset confessio, pro libito etiam pœnitentis posset, quia non est major ratio unius, quam alterius.

19. Fit secundò, omnino reiciendum M. Baltanas in Margarita Confessorum folio mihi 44. ex præfata

Z 3 opinio-

opinione (quae etiam ipse cum commilitonibus tuerit) sic deducentem. Ex quibus, inquit, infero, quod quando quis facit longam confessionem durantem per plures dies, posset in qualibet partiali confessione absolvit, quia non videtur major ratio in casu superiori, quam in hoc. Sic ille. Quod licet consequenter dictum, a veritate prouersus alienum est (extra periculum mortis) quia confessionem dimidiare est contra preceptum Divinum, quod nisi urgente causa occurrente, suam semper obligandi vim retinet. Secus autem esset, si penitentis vellit confessionem generali facere de omnibus lethalibus jam iterum ritus confessio, nam cum ejusmodi peccata sine materia libera confessionis, poterit, pro suo iunctu, quae voluerit omittere, & per consequens eorum confessionem dimidiare, ut exterminat notitium est.

20. Fit tertio, minime sustinendam sententiam quamdam prædictati M. Pauli de Blanchis ubi supra fol. 180. §. Observandum, qui putat probabile, eum, qui de omnibus peccatis Sacerdoti inferiori confessus, gratiam sacramentalem virtute hujus confessionis accepit, si postea superiori reservata iterum confiteatur, & sacramentaliter ab illis absolvatur; non recipere augmentum gratiae per absolutionem sacramentali a superiori collatam. Verba ejus sunt. Observandum igitur est, quod per absolutionem primi absolvent, sive sit inferior, sive superior, conferetur sacramentalis gratia, unde secunda confessio, & absolutionis, est prioris perfectio, (attende) & ideo potest sustineri, quod per secundum Sacramentum non augatur sacramentalis gratia, quia fuit data (in primo) virtute ambarum absolutionum. At verius tamen est, sive sit unum, sive duo Sacraenta, quod per secundam absolutionem augetur gratia. Sic ille, cum M. Soto in 4. dist. 18. quaest. 2. art. 5. §. Digestam, ubi ait: Secunda confessio, & absolutionis est prioris perfectio, & ideo potest dici unius Sacramenti, & sustineri, quod per secundum Sacramentum non augetur sacramentalis gratia, quia prior fuit data in virtute ambarum absolutionum, atamen sive sit unum, sive duo Sacraenta, verosimilis est, quod per secundam absolutionem augetur gratia. Quibus M. Sotus contrariam sententiam probabiliter putat. Sed haec doctrina sustineri non potest: quia ubi est distincta eorumdem peccatorum confessio, cum dolore, seu dispositione requisita a Trident, & nova Sacerdotis absolutione, datur verum, & distinctum Sacramentum penitentiarite suscepimus quod gratiam sacramentalem conferre, certissimum est, & me judice, fide sanctum. Videatur idem Paulus de Blanchis disputatione de Contrit. fol. 300. & 301. ubi ex D. Augustino, & D. Thoma, hanc conclusionem certissimam esse constat; ac proinde oppositam, in ejus etiam principiis, reiiciendam protulit.

21. Pro coronide hujus disputationis observandum est, præcepto Ecclesiastico annua confessionis non satisfici, per confessionem voluntariè nullam; quia Ecclesia præceptum est modicativum divini, quod tempore ab Ecclesia determinato ex hujus præcepto adimpleri debet. Præceptum autem divinum non adimpleretur, si verum Sacramentum penitentiarum recipiatur. Unde fit, omnino exterminandam opinionem assertum, per confessionem non integratam, omitendo voluntariè aliquod mortale, eti invalidam, satisficer præcepto annua confessionis. Quam tenuerunt Sylvester, Paludanus, Cano, Ledesma, & alii, quos refert Leander à Sacramento tom. 1. tract. 3. de Penit. disp. 3. quest. 52.

Idemque propter eandem rationem tenendum, præceptio sit integræ; si ramen nulla, & invalidum defecatum omnino internum; doloris vg. penitentis: quidquid contradixerit Mag. Victoria proposito, quem sequitur Ludovicus de S. Juan quest. 3. art. diff. 2. pag. 498. Qui addunt, idem prout dictum, etiam si ejusmodi confessionem non sublatur ab solutio. Qui confiteatur (inquit Victoria) prædicta omnia peccata sua, etiam si non habet dolor, si confiteatur hoc ipsum, quod non habet dolor, sive absolvatur, sive non, credo, quod satisfaci præcepto Ecclesia: ego certè non dannarem illum. Cui consentit M. Can. in elect. de Penit. p. 5. fol. 4. 3. art. 3. utrumjam patet. ubi ait: Imò crediderim ego, quod cum peccator se sistit Sacerdoti, etiam si non recipiat absolutionem, impleret præceptum Ecclesia. Quia censuræ si qua fulminentur ad verius eos qui non sunt confessi, hujusmodi peccatores impunitentes non tangunt. Cæterum nulla ex prædicta sententiis sustineri potest: quia præcepto recipiatur verum Sacramentum, eo voluntariè non suffici, nemo satisfacit. Et contraria assertio dantur ab Alexandro VII. die 2. Septembris anno 669. ubi alias propositiones, ut scandalofam ut minimum, dannavit hanc: Qui facit confessionem voluntariè satisfacit præcepto Ecclesia. Quia censura ponitur iuvenia singulare opinioni M. Domini Balduini Margaritæ confess. fol. 4. 4. in edit. Complut. anno 1534. ubi: Si quis habet solum peccata cordis, videtur quod possit differre confessionem, usque ad mortuiculum, cum de illis Papa null habeat iudicare. Cui sententiam omnes auctores recitent, in illaque Thom. Hurt. 10. 1. de Refid. Sacra, ref. 8. de Refid. Can. subsec. 1. n. 20. fol. 345. ex principiis vero Theolog. sic concludit: Manet ergo temeraria, & improbabilis sententia Margaritæ, quæ ante porcos non auctoritate fidei, & Catholicos prouici debet. Quia fide sanctum est præceptum Divinum confessionis ad omnia peccata mortalia, tam interna, quam externa, publicienda obligat: ut definit Trident. 14. 9. Ecclesia autem tempus ad ejusmodi præceptum adimplendum determinavit, semel in anno. Unde semel, in annis, tenentur fideles præceptum Divinum confessionis adimplere, nec aliter Ecclesia præcepto satisfaciunt. Qui autem peccata cordis mortalia non confitentur semel in anno, vel qui confessionem invalidam efficiunt ut potest aliqua parte essentialiter dicantem, non adimplent præceptum Divinum confessionis, tempore ab Ecclesia determinato, ita quod consistit violatio præcepti Ecclesia, ut ben. M. Sotus in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. vnu. 8. Suar. de Penit. fol. 1. sect. 2. n. 1. & sect. 7. n. 3. Vivald. Adrian. Navar. Med. na. Petri de Soto, Paul. Comitol. quos citat, & sequitur P. Fagund. secundo præcepto, Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 3.